INTRODUCTIO

Ad lectionem Linguarum

ORIENTALIUM:

HEBRAICÆ, CHALDAICÆ, SAMARITANÆ, SYRIACÆ, ARABICÆ, PERSICÆ, ÆTHIOPICÆ, ARMENÆ, COPTÆ.

Consilium de earum Studio fæliciter instituendo, & de libris quos in hunc finem sibi comparare debent studiosi.

In usum tyronum qui linguas istas addiscere desiderant, præcipue eorum qui Sumptus ad Biblia Polyglotta (jam sub prælo) imprimenda contulerunt.

Præmittitur Præfatio, in qua de hisce linguis, & de Textuum, & versionum, quæ in dictis Bibliis habentur, Antiquitate, Authoritate & usu, breviter disseritur, quidque in hac Editione præ reliquis exspectandum sit.

LONDINI,

Imprimebat *Tho. Roycroft*, A. D. 1655. Venale habentur apud *Timoth. Garthwait* ad ostium minimum Boreale Ecclesiæ S. *Pauli*.

INTRODUCTIO

Ad lectionem Linguarum

ORIENTALIUM:

HEBRAICÆ, CHALDAICÆ, SAMARITANÆ, SYRIACÆ, ARABICÆ, PERSICÆ, ÆTHIOPICÆ, ARMENÆ, COPTÆ.

Consilium de earum Studio fæliciter instituendo, & de libris quos in hunc finem sibi comparare debent studiosi.

In usum tyronum qui linguas istas addiscere desiderant, præcipue eorum qui Sumptus ad Biblia Polyglotta (jam sub prælo) imprimenda contulerunt.

Præmittitur Præfatio, in qua de hisce linguis, & de Textuum, & versionum, quæ in dictis Bibliis habentur, Antiquitate, Authoritate & usu, breviter disseritur, quidque in hac Editione præ reliquis exspectandum sit.

LONDINI,

Imprimebat *Tho. Roycroft*, A. D. 1655. Venale habentur apud *Timoth. Garthwait* ad ostium minimum Boreale Ecclesiæ S. *Pauli*.

AD LECTOREM Præfatio.

CVm in multorum votis esset, qui sumptus ad imprimenda Biblia nostra Polyglotta contulerunt, ut, quò uberior editionis hujus fructus in omnes redundaret, Alphabeta linguarum singularum unà cum introductione, ad earundem saltem lectionem, in usum tyronum breviter delineata haberent; & si non singularum Lexica & Grammaticas edamus (quæ cùm à variis authoribus accuratè scripta in lucem prodierunt, idcircò supervacaneum esset denuò imprimere) saltem rationem de studiis in hisce linguis fæliciter instituendis indicare velimus, quosq; libros, Lexica sc. & Grammaticas parare sibi debeant; visum est introductionem hanc brevem ex optimis, quos videre contigit, Grammaticis collectam, cum indiculis authorum, qui ad penitiorem harum linguarum cognitionem maximè utiles sunt, vice prodromi edere, adjectis etiam quibusdam de antiquissima lingua Coptorum seu Ægyptiorũ, & de lingua Armenorum, & antiquis eorum versionibus Biblicis, quas licet in hoc opere Biblico non promittimus, jucundum tamen & linguarum

mano generi indultum beneficiũ, societatis scilicet vinculum; sic linguarum divisio horrendum erat irati numinis judicium: societatis enim humanæ dissipationem minabatur quod necessariò evenisset, si tot essent linguæ quot homines, sic enim nec pater filium, nec maritus uxorem intelligere potuisset, quod ne eveniret, non singulis hominibus, sed singulis potius familiis peculiarem dialectum vel linguam Deum immisisse, quò in unam coloniam melius coalescere possent, verisimile videtur. In hoc tamen summa emicuit dei bonitas & providentia, qui etiam ex malis bonum extrahere novit, ut homines, qui turrim Babylonicam construebant ne dispergerentur, linguarum divisione per omnes terras, quas filiis hominum colendas dedisset Deus, dispersi, earumque fructus ubique percipientes, grata linguarum harmonia creatoris beneficentiam celebrarent; quódque primo divinæ vindictæ signum erat, posteà nascentis Ecclesiæ exordio, sic Deo volente, magnum esset amoris divini indicium: cùm qui primò linguarum varietatem in hominum animis inspiravit, ut dispergerentur, idem etiam linguarum donum inter alia χαρίσματα Apostolis aliisque divina virtute contulit, ut Ecclesiam per orbem dispersam, palantesque Christi oves, in unum ovile colligerent, & pluribus linguis τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ prædicarent: postquam enim Christus Dei filius, qui patris mandata Syro sermone Judæis exequutus fuerat, cœlos conscenderat, Spiritum Sanctum ad discipulos misit, eosque afflatu suo variarum linguarum peritissimos fecit; ut hisce cœlestis militiæ armis, quæ Turris Babylonicæ ædificatoribus ne cœlum ar-

ſtudioſis gratum, ni fallor, erit aliquid de linguis iſtis & verſionibus Scripturæ quæ in eis extant deguſtare. Et, ſi Deus vitam otiumque conceſſerit, poſthac fortaſſe aliquid in hiſce tentabimus. Cúmque, licet Tomus primus ſeu Pentateuchus jã typis impreſſus in multorũ manus, qui impenſas & operã ſuppeditarunt, fortaſſe pervenerit, tantæ tamen molis opus pluriũ annorum curriculum poſtulababit, antequam omnibus numeris abſolutum prodire poſſit; Præfationes verò & Prolegomena ſeu Apparatus, quæ primo Tomo præfigi ſolent, ante totum abſolutum perfici non poſſunt, utpote in quibus lectori reddenda eſt ratio omnium quæ in Tomis ſingulis occurrunt, quod, niſi quis ſpiritu Prophetico afflatus eſſet, perfectè fieri non poteſt: ne tamen ſpes protracta ægrum reddat animam, ut loquitur ſapiens, Pro. 13. 12. Quædam in genere de inſtituti operis ratione, linguarum natura, verſionibus & exemplaribus tam impreſſis quam M.SS. quibus utimur, eorumque antiquitate, & apud Eccleſiam priſcam authoritate, & uſu, quidque ex hac editione præ aliis commodi haberi poterit, breviter delibare conſtituimus; pleniorem de hiſce omnibus tractationem in aliud opus (in quo quæſtiones omnes quæ vel de textibus originalibus, vel de verſionibus moventur, pro viribus enucleabimus, quodque Apparatui Biblico reſervamus) reji cientes.

Primò itaq; Linguã vnã inter omnes homines ante confuſionem Babylonicam viguiſſe præter ſacras literas Gen. 11. 1. agnoverunt etiam Ethnici, ut ex Abydeni teſtimonio apud Euſebium & Cyrillum, & ex Sybilla apud Joſephum conſtat. Linguæ autem unitas ut magnum erat humano

corum & Schismaticorum fraude & astutia, qui textum corrumpere semper sategerunt) vindicari possent, quàm versionum istarum cum textibus originalibus collationem instituere, utraque etiam fideliter collata posteris transmittere: quod enim in una aliqua lingua fortasse efficere possent Hæretici, corruptionem aliquam inducendo, in tam multis longè latéque per orbem sparsis versionibus efficere nunquam potuerunt.

Versiones itaque antiquæ præsertim Orientales, tum ratione affinitatis quam habent cum linguis Originalibus, tum authoritatis & usus generalis in primæva Ecclesia, optima sunt media ad verum loci sensum in obscuris indagandum, veramque lectionem in dubiis vel depravatis restituendam. Cùm enim Autographa tam veteris quam novi Testamenti hodie non habentur, ad quæ recursus haberi poterit in dubiis & variantibus, quæ occurrunt, lectionibus; Apographa verò omnia ab hominibus erroribus obnoxiis exscripta sunt, quique infallibilem assistentiam Spiritus sancti non habuerunt, licet ut ipsis originalibus conformia essent, quantùm potuit, invigilavit Ecclesiæ diligentia, quin tamen in quibusdam variæ lectiones essent, fieri non potuit; ut ex exemplaribus optimis & vetustissimis clarè constat: ita tamen invigilante Divina providentia ut in omnibus ad fidem & salutem necessariis magnus sit in omnibus consensus, omnesque varietates in rebus minoris momenti reperiantur: qui quidem inter tot versiones consensus, quæ variis sæculis factæ, & apud tot gentes tantâ locorum intercapedine inter se dissitas, nulloque inter se nexu nisi

rogantia ſua aſcendere viderentur, quondam obſtiterant, (principe hujus mundi à gubernaculis ejecto) terrarum orbis victus ad Deum Creatorem reduceretur, & Eccleſia, Dei domus, cujus faſtigium cælos omnes exſuperat, iiſdem fundamentis æternùm duratura ædificaretur.

Cùm vero quod prædicabant Apoſtoli, poſtea eodem ſpiritu afflati Scriptis conſignarunt, quò doctrina Cœleſtis poſteris perennis eſſet; linguam Græcam elegerunt Spiritus S. amanuenſes, ut omnium aptiſſimam in qua myſteria ſalutis toto orbi traderentur, ſicut Hebraicam elegit Deus in qua voluntatem ſuam Iudæis patefecit: unde maxima Linguarum iſtarum prærogativa præ aliis orta eſt, ut ex iis ſeu fontibus, omnes nationes in proprias linguas, tanquam canales, aquam vivam haurirent, & utraque lingua Sancta encomio meritò celebrari debeat.

Sacra itaque Scriptura, myſteriorum ſalutis Theſaurus, & ſacrum doctrinæ Cœleſtis ſcrinium, vel ipſis Apoſtolorum temporibus vel paulò pòſt in varias linguas, Syram, ſcil. Arabicam, Armenam, Ægyptiacam, Indam, &c. teſtibus Chryſoſtomo, Hieronymo, Theodoreto & aliis traducta erat, quas verſiones cùm Eccleſia per orbem diſſeminata, veritatis firmamentum & columna, cui oracula Dei concredita ſunt, ut textibus authenticis conformes, & omnia ad ſalutem neceſſaria dogmata complectentes approbavit; non potuit aptius inveniri medium, quo Sacrorum Codicũ tum integritas, tum ſenſus & vera intelligentia, vel in omnes nationes propagari, vel ab omni labe & corruptela (quæ vel à librariorum negligentia & audacia irrepere potuit, vel Hæreticorum

um in promptu habemus, quæ de locis controversis sensum suum nobis aperuit: cujus judicio qui se submittere nolit, profectò se nullo judicio præditum esse ostendit, & vix hominis nedum Christiani nomine dignus erit: qui enim omnem vetustæ & Catholicæ Ecclesiæ fidem derogat, nullam sibi relinquit. Æquissimi enim habendi sunt arbitri, nulloque partium studio in transversum abripi possunt qui longè retroactis seculis ante lites & controversias nostras exortas vixerunt, sacrumque depositum, quod ipsi a majoribus per manus acceperant, fideliter nobis reliquerunt.

Utilissimum itaque gravissimumque erat Decretũ Concilii Viennensis sub Clemente 5. celebrati, ut in Academiis essent Linguæ Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldaicæ professores publici: qui linguas istas docerent, & libros ex ipsis in linguam Latinam transferrent, ad fidei propagationem, & infidelium faciliorem conversionem.

In seculo hoc nostro, quo literæ humaniores quasi revixerunt, maximo Ecclesiæ commodo & cum æterno ipsorum honore laborarunt viri longè doctissimi in editionibus Bibliorum, unà cum versionibus quibusdam antiquis; inter quas præter Bombergi editiones plures Venetiis, Buxtorfii Basileæ, Vatabli Parisiis, Munsteri, Hutteri & aliorum, maximè eminent, & palmam reliquis eripuerunt, 1. Complutensis, 2. Antwerpiensis, 3. nupera Parisiensis.

1. Complutensis labore ac studiis Theologorum quorundam Complutensis Academiæ, impensis Cardinalis Ximenii Archiepiscopi Toletani, sex voluminibus comprehensa Anno 1520. *in lucem pro-*

ejusdem fidei colligatas fideliter servatæ sunt, vel pervicacem suadere possit doctrinam horum librorum alium authorem quàm Deum non agnoscere, qui tam mirabiliter contra Sathanæ ejusque satellitum furores, qui sacros hosce codices non tantùm adulterare, sed prorsus extirpare omnibus viribus contenderunt, hactenus conservavit.

In varietatibus autem ut vera lectio eliciatur, quódnam melius vel excogitari poterit medium, quàm optimorum exemplarium & vetustissimarum versionum collatio, eamque lectionem quæ cum pluribus, vetustioribus, & melioris notæ libris locique circumstantiis melius congruit, retinere? Hanc viam inierunt Hieronymus, Cyrillus, Eusebius, Augustinus reliquique Ecclesiæ antiquæ proceres; eandem Masorethæ Tiberienses in recensendo textu Hebræo, Mercerus, Buxtorfius, &c. in emendandis Targumim; Erasmus, Stephanus, Beza & alii in N. Test. editionibus Græcis, eandem denique inierunt Sixtus 5. & Clem. 8. in Græca 70. vulgatæque Latinæ editionibus, ut ex Nobilio, Morino, Luca Brugensi aliisque patet.

Nec tantùm ad lectionem veram, sed & ad genuinum sensum indagandum confert versionum antiquarum collatio; quomodo enim ipsa priscæ Ecclesiæ lumina Scripturam intellexerunt, quemque sensum receperunt, hoc modo nobis indicant: Cúmque hodie inter tot schismata, quæ Ecclesiam præcipuè occidentalem miserè dilacerant, omnes Scripturam pro se allegent, deque Scripturæ vero & genuino sensu lis tota sit & controversia; per versiones ubique receptas totius ferè Ecclesiæ, tam locorum quam temporis ratione Catholicæ, judicium

hac evulgatis. Samaritano ſcil. *Pentateucho cum verſione Samaritana, toto etiam veteri Teſt. Syriaco; Et tam veteri quam novo Arabico. Dolendũ verò apparatum & prolegomena cum appendice in ultimum tomum rejecta, quæ ad operis complementum pertinebant, ex diſſidio eorum qui operi præfuerunt adhuc deſiderari; quódque editiones quas protulit hæc ætas limatiores, quàm quæ in Complutenſi & Regio opere erant, non ſecuti ſunt: de quibus poſthac plura.*

Cùm autem nil ſimul inchoatum & perfectum ſit, ut olim Orator, & pigri ſit ingenii contentum eſſe his quæ ab aliis inventa ſunt, ut ait Seneca. Epiſt. 8. nemo nobis vitio vertet ſi de nova editione Bibliorum cogitamus, præſertim cùm non ſic nova cudimus, ut vetera deſtruamus, ut Hieronym. Epiſt. ad Cromatium. Salvo itaque omnium honore qui prioribus editionibus inſudarunt quorum labores omnes pii & docti ſemper magni æſtimabunt, editionem molimur (favente Deo) prioribus perfectiorem uſuique ſtudioſorum magis accommodatam; quæ licet tam variis antiquis verſionibus aliiſque, quæ in prioribus non habentur, auctior, quàm exemplarium optimorum delectu Bibliis prioribus longè accuratior ſit, multo tamen minori precio conſtabit: de qua paucis in præſentiarum lectori rationem reddemus.

Primum ſibi locum meritò vendicat Textus Hebraicus, linguam enim hanc Deus primis parentibus infudit, ſuamque voluntatem in hac hominibus primò patefecit, unde à pleriſque omnium antiquiſſima cenſetur: licet inter Patres Theodoretus, inter recentiores Maronitæ, Myricæus aliique

prodiit, complectens præter vetus Testamentum Hebræum, & vulgatam Latinam, versionem 70 interpretum Græcam cum translatione Latina, Chaldaicâ Onkelosi in Pentateuchum cum translatione Latina, Testamentum Novum Græco-Latinum, & Apparatum, in quo quædam Grammaticæ, Lexica, indices, &c.

2. *Antwerpiensis priori multò perfectior tum versionum quarundam accessione, tum typorum, & chartæ elegantia ac splendore, 8. voluminibus comprehensa, quam sumptibus Philippi Regis Hispaniarum (unde Biblia Regia vocantur) summa fidelitate & cura edidit Arias Montanus* Anno 1572. *qui Complutensibus addidit 1. Chaldaicam Paraphrasim in reliquum vetus Test. cum versione Latina. 2. Interlinearem versionem tam veteris quam novi Testamenti. 3. Syriacos N. Test. libros, tam Syriacis, quàm Hebraicis characteribus descriptos opera Guidonis Fabritii Boderiani, cum apparatu magno, in quo varia Lexica, Grammaticæ, cum tractatibus quibusdam ad meliorem textus intelligentiam, variæ quædam lectiones, indices, &c.*

3. *Parisiensis in 10. magnis Tomis prodiit,* An. 1645. *impensis viri clarissimi D. Michaelis de Iay, qui licet vir privatus, animo tamen excelso & planè Regio propriis sumptibus opus edidit, quo à primis literarum incunabulis non vidit orbis Ecclesiæ omnibusque Theologiæ & literarum studiosis utilius, ut quod Biblia Regia, quæ orbis miraculum à quibusdam dicebantur, multis parasangis superet, idque non tantum typorum & chartæ bonitate & magnificentia, sed adjectis aliis quibusdam antiquis Monumentis nunquam antehac*

Melchior Inchiferus, omniaque regna occidentalia clarè demonstrant. Quantum Hetrusca & Latina hodierna ab antiqua recesserunt, ex inscriptionibus & Tabulis Eugubinis Hetruscis literis antiquis exaratis, & ex columnis rostratis, quas nemo adhuc explicavit, cuivis constat: quantumque ex variarum gentium finitimarum confluxu oriantur corruptelæ, in omnibus Europæ linguis quotidie conspicimus, ut benè observat Doctiss. Kircherus. Idcirco linguæ omnes, quas libri scripti à communi clade non servant, vicissitudini, ut omnia humana, semper obnoxiæ sunt, & singulis seculis insignem mutationem subeunt.

De Hebraica tamen, ut observant quidam, hoc maximè notandum, eam esse omnium purissimam sine ulla vocum peregrinarum mixtura, quæ in Chaldæa & Syra frequentissima; esse quoque Chaldaicâ multò simpliciorem ideoque antiquiorem, cùm Chaldaica multa vocabula inter se diversissima ad unicam radicem Hebraicam reducantur.

Antiquæ autem hujus linguæ elegantiam & utilitatem prædicare idem ferè esset ac Soli facem accendere. Elegantiam ejus super Græcam & Latinam fusè ostendit Erpenius eleganti de hac lingua oratione, orat. scil. 3. p. 106. 107, &c. suásque veneres habere, maximè dum de sacris agitur, quas cæteræ linguæ exprimere non valent, norunt omnes: vix ulla est lingua ex hac non prognata, ut in reliquis linguis orientalibus clarum; imò pleraque Græca Themata originis esse Hebraicæ ostendit idem Erpenius dicta oratione: literarúmque tum nomina tum ordinem in Alphabeto, in omnibus fere linguis, ab Hebræa fluxisse, demonstrant.

aliíque primas dant Chaldaicæ; quidam etiam linguam primam quæ ante Diluvium homines utebantur nullibi propriè extare, sed ejus reliquias in omnibus linguis reperiri volunt, ut magnus ille literarum Dictator H. Grotius, Annot. in Gen. 11. 1. *Controversiam istam hic nostram non facimus, de quarcliquisq; quæ ad Hebraicas literas, puncta, Textumque pertinent, alibi dicemus. Hoc à plerisque pro certo sumitur, quòd cùm à Creatione ad captivitatem Babylonicam per annos circa 3400. duraſſet, vulgaris esse desiit, nec ullibi vernacula fuit. Judæi enim à captivitate reduces, cum 70 annis inter Assyrios mixti essent, linguam ex Hebraica & Chaldaica seu Syra mixtam in patriam intulerunt: unde fit quòd nullibi hodie nisi in veteris Test. libris extet sermo purè Hebraicus. Quod si quis obiiciat Jacobi posteros quibusdam annorum Centuriis in Ægypto vixisse, linguam tamen suam puram conservasse: sciendum est, Hebraicam majorem cum Chaldæa quam cum Ægyptiaca habere affinitatem, ideoque facilius cum Chaldæa commutari posse; præterea in Ægypto simul habitabant Hebræi integram possidentes terram Goschen, cùm in Assyria & Babylonia dispersi essent singuli inter dominos suos, quorũ lingua uti necessariò cogebantur. Observatione etiam dignum est illud doctissimi Brocharti, (qui multa de linguis antiquis nobis suppeditavit) Babylonem semper Hebraicæ linguæ fatalem fuisse, tum ob linguarum confusionem ibi factam, tum quòd Judæi captivi ibi linguã patriam dedidicerunt. Nil etiam mutationi magis obnoxium esse quam linguas, quæ in perpetuo fluxu sunt, ostendit in Historia Latinitatis*

Mel-

Exemplar vero secuti sumus Antwerpiense, collatis insuper vetustis quibusdam MSS. Bibliis, & aliis melioris notæ impressis, Venetis, Basiliensibus aliisque, etiam Manassis Ben Israel, nuper Amstelodami ab ipso magna diligentia editi. Distinctionem verò capitum & versuum ab Ecclesia hodie receptam secuti sumus, omissis Iudæorum Paraschis & Sidris, de quibus tamen in Apparatu. Varias vero lectiones, seu Keri, & Ketib, cum Ietir, & Chaser, &c. de quarum origine, usu, numero, &c. magnæ hodie inter doctos agitantur controversiæ (de quibus cũ aliis ad Masoram spectantibus in Apparatu) circello, notisque pro more usitatis, ad dictiones singulas notamus. Literas etiam majusculas, & minusculas, suspensas, inversas, &c. cum vocibus non punctatis, & quæ punctas vocales habent sine literis, in quibus mysteria magna inesse credunt nonnulli cum Rabbinis, licet magni haud æstimanda, ne aliquid deesse quisquam suspicaretur, retinuimus. Punctationem etiam usitatam, licet à Masorethis textui appositam adhibuimus; non quòd ipsorum authoritati nitatur, sed quòd ab Ecclesia Christiana, cui tam Hebraicorum V. Testamenti quam Græcorum Novi fœderis voluminum cura à Deo mandata est, quæque semper etiam in densissimis ignorantiæ tenebris, exemplaria Hebr. MSS. in Bibliothecis habuit, virosque quosdam tam hujus quam aliarum linguarum peritos, recepta est. Non enim ad Iudæos ex quo populus Dei esse desierunt, sed ad Ecclesiam Christianam pertinet codicum Hebræorum custodia; neq; enim est punctatio vera quia à Masorethis, sed quia concordat cum vero vocalium sono, quem Spiritus

ſtrant Acroſticha vetuſtiſſima in Pſalmis, & Hieremiæ Threnis. Utilitatem vero longè maximam eſſe dubitari non poteſt, cùm Deus ipſe humanum genus hac lingua primò allocutus ſit, fœduſque quod cum Judæis pepigit hac lingua conſignari voluit; adeo ut ad veteris Teſtam. ſenſum indagandum non tantùm utilis ſed & neceſſaria ſit ejus cognitio, imò nec Græca τῶν 70. verſio, nec verſiones Latinæ ſæpe intelligi poſſint ſine archetyporum inſpectione, unde S. Hieronymus inter patres, ob hujus linguæ peritiam, multò fæliciùs aſſecutus eſt genuinum Scripturæ ſenſum quàm alii qui nec doctrina nec ingenio ipſi erant impares.

Hebraicum itaque textum V. Teſt. tanquam verſionum omnium fundamentum in opere hoc Biblico ſubſternimus, cui adjuncta eſt verſio interlinearis Pagnini & B. Ariæ Montani, magno, ni fallor, diſcentium commodo, nullo vero veteranorum incommodo qui hac non egent, qui enim Hebraicè callent, omittere hanc verſionem poſſunt. Pagnini vero ubi ab interlineari differt verſionem margini non adſcripſimus, ut nec verborum radices (quarum inveſtigatio pueris è trivio nota) ne margini ſatis anguſtæ eſſent oneri: ipſas tamen Pagnini variantes locos, ne lector integra Pagnini verſione (optima ſane) fraudaretur, in ultimum tomum rejicimus. Cùm enim vulgata Latina in omnibus Hebræo non reſpondeat, hoc meritò in Pariſienſibus culpat Valerianus Flavigny nuper Regius profeſſor Hebraicus Lutetiæ, in Epiſtolis quas de Heptaplis Pariſienſibus (ſtylo licet nimis acerbo) edidit, quòd nullam tranſlationem habeant, quæ Hebræo ad amuſſim reſpondeat.

Exemplar

à quibus potiùs quàm vel tantillũ recedere videri volunt, ipsum Solem meridie lucere negarent; Si verò Scaligeromnes contrasentientes, pro more suo, semidoctos, semitheologos, vel semihomines, nec pro aliis quam asinis habendos, Drusius verò quasi alteros Carneades esse, qui de rebus omnibus dubitare solent, censebant, cùm tamen neuter eorum vel Pentateuchum Samaritanum viderit, (cujus varia jam extant inter nos exemplaria MSS.) aliòs ve doctorũ tractatº de hoc argumento; quanam censura eos notassent qui adhuc contra clarissima rationum momenta contrariam sententiam asserunt, si hodie viverent?

Hoc quidem ex Historia sacra constat, post defectionem à Rehoboamo, decem tribus Jeroboamo & Regibus Israelis adhæsisse, quorum regia sedes tandem facta est Samaria, sicut Hierosolymæ erant Regum Judæ; unde Schisma in Religione factum, quo alio loco & tempore ab aliisque sacerdotibus quam lex postulabat colebatur Deus: lex tamen Mosis mansisse videtur, ejusque doctrina etiam inter 10. Tribus vigebat, quod sine exemplaribus Pentateuchi fieri non potuit. Cum verò à Salmanassare abducti erant 10. Tribus, & alienigenæ in eorum locum introducti, qui Deũ verum ignorantes à leonibus infestabantur, misit Rex unum è sacerdotibus captivis, qui legem Dei ipsos doceret; unde licet cum Idolorum suorum cultu mixtum, legem tamen Mosis & cultũ ab ipso præscriptũ gentes istæ profitebantur: adeo ut de se testarentur Samaritani. Esd. 2. 2. Zorobabeli & populi primoribus, se Deum eorum quærere, & ipsi sacrificâsse à diebus Esarhaddon, qui illos istuc transtulit. Dubitare etiam nemo

tus S. dictavit: aliud enim non fecerunt Masorethæ quam vocales punctis exprimere secundùm veram lectionem, quam à majoribus per traditionem acceperunt, hanc verò quia veram etiam suo consensu firmavit Ecclesia Christiana.

Post Hebraicam proximum sibi locum vendicat textus Hebræo-Samaritanus; ut qui de antiquitate characterum cum hodierno Hebraico contendat. Dicuntur verò Samaritani, à Samaria regni metropoli, sicut & Cuthæi à regione Cutha in Persidè, ut Joseph. antiq. l. 9. c. 1. unde novas colonias introduxit Salmanassar. Character vero Samaritanus idem est cum antiquo Hebraico, quo lex primò à Mose tradita, & Decalogus digito Dei descriptus, qui apud Judæos in usu erat, donec post reditum è captivitate Babylonica Esdras, qui legem & Prophetas cum viris magnæ Synagogæ pristino nitori restituit, Characterem Assyriaco, qui tunc Judæis exulibus magis notus erat, sacra volumina conscripsit, veterem Samaritanis relinquens, inter quos & Judæos capitale semper erat dissidium. Hanc communem doctorum sententiam, à Christianis & Judæis, antiquis & recentioribus receptam, Hieronymo, [sci.] Theodoreto, Scaligero in Eusebium, Drusio, Fullero, Grotio, Lud. Capello, Mayero, Erpenio, Bellarmino, Villalpando, Morino, aliisque, viris longe doctissimis & Hebraicæ linguæ peritissimis, præter utrumque Talmud, & plerosque Rabbinos quos videre licet apud Morinum & alios, reperti sunt quidam neoterici qui in quæstionem vocant, infirmis quibusdam ratiunculis nixi ex præjudicatis suis opinionibus haustis,

à quibus potiùs quàm vel tantillũ recedere videri volunt, ipſum Solem meridie lucere negarent; Si verò Scaligeromnes contraſentientes, pro more ſuo, ſemidoctos, ſemitheologos, vel ſemihomines, nec pro aliis quam aſinis habendos, Druſius verò quaſi alteros Carneades eſſe, qui de rebus omnibus dubitare ſolent, cenſebant, cùm tamen neuter eorum vel Pentateuchum Samaritanum viderit, (cujus varia jam extant inter nos exemplaria MSS.) aliòs ve doctorũ tractatº de hoc argumento; quanam cenſura eos notaſſent qui adhuc contra clariſſima rationum momenta contrariam ſententiam aſſerunt, ſi hodie viverent?

Hoc quidem ex Hiſtoria ſacra conſtat, poſt defectionem à Rehoboamo, decem tribus Jeroboamo & Regibus Iſraelis adhæſiſſe, quorum regia ſedes tandem facta eſt Samaria, ſicut Hieroſolymæ erant Regum Judæ; unde Schiſma in Religione factum, quo alio loco & tempore ab aliiſque ſacerdotibus quam lex poſtulabat colebatur Deus: lex tamen Moſis manſiſſe videtur, ejuſque doctrina etiam inter 10. Tribus vigebat, quod ſine exemplaribus Pentateuchi fieri non potuit. Cum verò à Salmanaſſare abducti erant 10. Tribus, & alienigenæ in eorum locum introducti, qui Deũ verum ignorantes à leonibus infeſtabantur, miſit Rex unum è ſacerdotibus captivis, qui legem Dei ipſos doceret; unde licet cum Idolorum ſuorum cultu mixtum, legem tamen Moſis & cultũ ab ipſo præſcriptũ gentes iſtæ profitebantur: adeo ut de ſe teſtarentur Samaritani. Eſd. 2. 2. Zorobabeli & populi primoribus, ſe Deum eorum quærere, & ipſi ſacrificâſſe à diebus Eſarhaddon, qui illos iſtuc tranſtulit. Dubitare etiam nemo

poteſt

tus S. dictavit: aliud enim non fecerunt Masorethæ quam vocales punctis exprimere secundùm veram lectionem, quam à majoribus per traditionem acceperunt, hanc verò quia veram etiam suo consensu firmavit Ecclesia Christiana.

Post Hebraicam proximum sibi locum vendicat textus Hebræo-Samaritanus; ut qui de antiquitate characterum cum hodierno Hebraico contendat. Dicuntur verò Samaritani, à Samaria regni metropoli, sicut & Cuthæi à regione Cutha in Persidè, ut Joseph. antiq. 9. c. 1. unde novas colonias introduxit Salmanassar. Character vero Samaritanus idem est cum antiquo Hebraico, quo lex primò à Mose tradita, & Decalogus digito Dei descriptus, qui apud Judæos in usu erat, donec post reditum è captivitate Babylonica Esdras, qui legem & Prophetas cum viris magnæ Synagogæ pristino nitori restituit, Characterem Assyriaco, qui tunc Judæis exulibus magis notus erat, sacra volumina conscripsit, veterem Samaritanis relinquens, inter quos & Judæos capitale semper erat dissidium. Hanc communem doctorum sententiam, à Christianis & Judæis, antiquis & recentioribus receptam, Hieronymo, scil. Theodoreto, Scaligero in Eusebium, Drusio, Fullero, Grotio, Lud. Capello, Mayero, Erpenio, Bellarmino, Villalpando, Morino, aliisque, viris longe doctissimis & Hebraicæ linguæ peritissimis, præter utrumque Talmud, & plerosque Rabbinos quos videre licet apud Morinum & alios, reperti sunt quidam neoterici qui in quæstionem vocant, infirmis quibusdam ratiunculis nixi ex præjudicatis suis opinionibus hauſtis,

erno Judaico, nisi vel ubi scribarum negligentia, vel exemplarium varietas diversitatem quandam intulerunt, vix enim alicubi corruptio spontanea invenitur, nisi ubi ad astruendam templi sui authoritatem mons Gerizim in textu positus sit pro monte Ebal. Deut. 5.21. & Exod.20. & versus quidã transpositi ex, Deu.11.29.30.&27.4. Et licet Dositheus quidã Samaritanorũ princeps, qui pro Messia se venditabat, loca aliqua dicatur corrupisse, ut se Messiam esse probaret; istas tamen corruptelas, omnia exemplaria non invasisse, vel exemplaria postea emendata fuisse, liquidò constat ex hodiernis exemplaribus quæ cum hodierno Masorethico collata, nullas istiusmodi corruptelas exhibent, præsertim ubi de Messia agitur, sed (minutis quibusdam exceptis) prorsus cum eodem conveniunt, ut in iis etiã locis qui ex Samaritano codice citantur à Hieronymo, Scholiaste Græco & aliis è veteribus: adeo ut Samariticum codicem eundem esse qualem supra 1000 annos, & quem citant patres, concedit Flavig. licet authenticum esse vel eandem cum Hebraico authoritatem habere meritò neget. Imo in locis quibusdam dubiis & perplexis Hebræo lucem adferre & facilem dubiorum solutionem, ex quibus sine codice Samaritano se vix quisquam extricare possit, vident & agnoscunt multi, & nos posthac plenius docebimus.

Quod vero asserit quidam Samaritanum Pentateuchum ex Græca 70. seniorum versione descriptum fuisse, eò quòd in multis locis cum hac congruit, ubi uterque ab Hebraico variat; probabilius multò est exemplaria illa vetera Hebraica unde suam transtulerunt 70 versionem, eadem

fuisse

poteſt ſacerdotem illum legem attuliſſe, non aliis characteribus deſcriptam, quàm quibus Iſraelitæ à Moſe, ad illum uſque diem uſi fuerant: ab eo autem tempore Samaritanos antiquis literis Hebraicis, ſaltē in lege deſcribenda, uſos fuiſſe nulla eſt ratio cur dubitemus. Poſtea conſtat, ex Neh. 13.4.28. *Et Joſephi Antiq.* l.11.c.7, 8. *Manaſſem Joiadi Pontificis fratrē eò quòd repudiare nollet uxorē quā duxerat filiā Sanballati Samaria præfecti, ſacerdotio exutum ad ſocerum confugiſſe, qui templum alterum in monte Gerizim conſtruxit, Hieroſolymitano ſimile, in quo Manaſſes ſacerdotio functus eſt apud Samaritanos, & quidem ritibus Moſaicis ſecundùm legem (quā habuiſſe eos & ſervaſſe vero conſentaneum eſt) & ad ipſum multi ex Judæis confugerunt qui reformationi ab Eſra facta ſe ſubmittere nollent. Hinc ſchiſma & diſſidium magis invaluit, utriſque legem Moſis profitentibus & ſe mutuo anathemate ferientibus, hocque non tantùm ſtante utroque templo, ſed et poſt utrumque vaſtatum, & utriuſque partis ſequaces cum tota gente diſſipatos: adeo ut non liceret Judæo cum Cuthæo ſeu Samaritano panem comedere, juxta adagium,* Qui comedit panem Samariticum, æquè eſt ac ſi comederet carnem ſuillam. *Refertque Druſius de 3. Sectis Judæorum. lib.*3.*c.*11.*ex Tanchuma, ſolennem excommunicationem Samaritanorum factam ab Ezra & Nehemia.*

Habent itaque Samaritani Moſis Pentateuchum, quem ad hunc uſque diem in Sichem, Damaſco, aliiſque locis ubi habitant ipſorum reliquiæ, publicè legunt, antiquis characteribus deſcriptum, quique non multum differt ab hodier-

erant: præterea cum primum Schisma inter 12 Tribus factum est, Canon Scripturæ V. Test. nondum constitutus erat, nec enim omne libri Historici, & ex prophetiis vix ulli extabant, cúmque prophetæ sub Regibus Judææ ut plurimum prophetarent, earumque prophetiæ in Templo tantùm servatæ essent; reliquæ tribus, quæ sub alio erant regimine, istiusmodi libros parum curabant, cum propter dissidium quod in dies augebatur, tum quòd prophetæ multa contra 10 Tribus & reges Israel ob cultum corruptum vaticinabantur. Imò cùm non ante Esræ tempora, à viris Magnæ Synagogæ post multas disceptationes Canon in formam hodiernam reductus esset (imò ut quibusdã placet post Antiochi tempora) non mirum est Samaritanos, qui tum præsertim capitales inimicitias cum Judæis exercebant, omnes libros præter Pentateuchum, quem antiquitus semper habebant, rejecisse. Asserunt quidam Mosen 12 legis exemplaria descripsisse quæ inter 12 Tribus dispersa erant, præter unum quod in arca fœderis servatum est; factántque Samaritani se vnum habere ex Autographo descriptum in diebus Phinehæ filii Eleazar, quod adhuc in Sichem ad montem Gerizim servatur; quod quidem, si verum esset, magnam apud omnes authoritatem haberet: sed donec exemplar istud producant & genuinũ esse demonstrent, haud aliam authoritatem ipsorum exemplaribus deferendam judico, quàm aliis Apographis antiquis

qua-

fuisse cum Samaritano, & à codice hodierno Masorethico in quibusdam variâsse, ut alibi dicemus.

Quódque affirmat doctiss. Grotius, Samaritanos à Justiniano coactos fuisse suos codices ad versionem 70 emendare, hoc ex conjectura sua, & (pace tanti viri dixerim) sine certo fundamento dictum: edictum quidem edidit Imperator pro Judæis qui 70 versionem in Synagogis legebant, contra aliorum Judæorum tyrannidem, qui post libros Hebraicos à Masorethis correctos, alios omnes abolebant, & anathemate percutere vellent omnes qui Græcam versionem publicè legebant; liberumque fecit omnibus Græcam translationem usurpare si vellent, ut ex Novella constat 146. at nullos compulit nec Judæos, nec Samaritanos, huic versioni suos codices cónformes reddere, imo contrarium liquidò constat ex innumeris locis, in quibus exemplaria Samaritana à versione Græca differunt.

Recipiunt verò Samaritani tantùm Mosis quinque libros, reliquos Historicos, propheticos, &c. non habent, nec traditiones, quas Judæi cum verbo scripto æquant agnoscunt; cujus causa hæc mihi videtur, quod Pentateuchus fœdus inter Deum & populum, cultumque cum promissis et minis quæ ad omnes pertinebant, quorum q; cognitio Judæis omnibus necessaria erat, in se continebat, ideoque exemplaria quæ inter populum dispersa erant, ex quibus sacerdotes & Levitæ plebē instruebant, non erant nisi quinq; libri Mosis, reliqui verò libri prophetici & Historici, licet in Templo asservarentur, & à sacerdotibus, & doctis legerentur, omnibus tamen non ita noti

erant

Phariſæis primùm introducta ſint, quorum ortus fuit circa tempora Macchabæorum, multò poſt Schiſma Samaritanum, & niſi à R. Jehuda quem Hakkadoſch, ob eximiam ſcil. *ſanctitatem vocant, in unum corpus digeſta eſſent, & in Talmud relata, fortaſſe inter tot Judæorum exilia & diſperſiones tam Judæis ignota eſſent quàm Samaritanis.*

Exemplaria vero MSS. Samaritana Pentateuchi, licet à Hieronymi tempore Chriſtianis ferè ignota & tenebris quaſi ſepulta jacuerunt, multa tamen hujus ævi diligentia in lucem protulit. Johannes Morinus vir doctiſſ. cui multum ob labores in Samaritano Penteucho docti omnes debent, 4. habuit exemplaria, quibus utebatur in editione Pariſienſi; unum quidem integrum, reliqua vero manca & lacerata: de quibus ut & de duobus codicibus verſionis Samaritanæ ipſe in præfatione ad Biblia, & in exercitationibus in Pentat. Samaritanum. & in præf. ad Biblia Græca 70. editionis Pariſienſis.

Reverendiſſ. verò Doctiſſimuſque noſter Armachanus, vir ad bonum reipublica literaria natus, quique primus erat, vel inter primos qui Samaritanũ Pentat. in Europã intulerunt, varia exemplaria ex partibus Orientalibus magnis ſumptibus comparavit, quorum tria nobis communicavit, quæ magno nobis adjumento erant. Duo habent Pentateuchum Hebræo-Samaritanum, tertiũ imperfectum Arabicam verſionem cum Textu Samaritano at literis Samaritanis exaratam exhibet, accuratam, ſci. & cum judicio factã: à quo vero, vel quo tempore Arabica hæc verſio facta ſit conjicere nõ poſſũ, exemplar verò de-

quæ lapſus aliquot injuria temporum, & ſcribarum inſcitia, negligentia vel audacia habere poſſunt.

Verum quidem eſt quod aſſerunt Joſeph. lib. 9. *&* l. 12. c. 1. *Et Ephiphanius Hæreſ.* 9. Samaritanos, licet cùm primùm legē receperunt etiam Idola & cultus Idolatricos retinuerunt, poſtea tamē cùm Templū habuerunt in monte Gerizim, Deum verum diligenter coluiſſe, & hoc unicum ſtuduiſſe, ut Idolorum repudiata ſuperſtitione verum Deum agnoſcerent, *patriarumque inſtitutionum tenaciſſimos fuiſſe: licet enim eorum Templum à Joh. Hircano everſum ſit* 200 *annis poſt jacta ejus fundamenta, & poſtea Herodes Samariam à fundamentis extruxit, ejuſque in medio templum ingenti ſumptu condidit, Samaritani tamen ſpreto Herodis templo, in monte Gerizim ſacrificia & preces ſemper obtulerunt, ut ex Evangelio conſtat Joh.* 4. *& ex hodierna conſuetudine, qua eorū Pontifex Sichimis ad montem Gerizim ſedet, Samaritanis reliquis imperat, iiſque Paſchatis & feſtorum tempora quotannis literis circularibus definit, ut de iis poſt Scaligerum teſtatur dictus Morinus.*

Quòd autem παραδόσεις *ſeu traditiones, quæ in Miſchna à R. Jehuda collectæ ſunt, & corpus utriuſque Talmudis conſtituunt, rejiciunt, mirandum non eſt; cùm traditiones iſtæ (licet omnes ad Moſem, & traditionem è Monte Sinai, impudenter referunt Judæi) à Phariſæis*

etiam, quæ vel iis propiores ſunt, vel figurâ ſimiles: adeo ut intra unam, vel alteram lineam eadem vox aliquando varie exprimitur.

Poſt Hebraicam, & Samaritanam, Chaldaicã (quæ Hebraicæ dialectus) vobis maximè commendant, Antiquitas, utilitas, & addiſcendi facilitas. In ſcriptura ſæpius vocatur Aramæa ſeu Syra & Dan. 10. 11. לשון כשדים lingua Chaldæorũ.

Antiquitas tanta eſt ut à nonnullis prima, omniumq; linguarum mater habetur, multaque profert argumenta ad hoc probandum Georg. Amyra in præf. Grammaticæ ſuæ Syriacæ. Doctiſſimus etiam Erpenius, adhuc ſub judice litem eſſe affirmat, utrum Hebraica, an Chaldaica ſit antiquior. Dignitatis vero multum huic linguæ adfert quod poſt confuſionem Babylonicam, hominumque diſperſionem, in primo maximoq; regno poſt Diluvium vernacula fuit, Chaldæorum, ſcil. quorum rex, Rex Regum appellatur, Dan. 2. & per aureum caput ejus Regnũ ut omnium nobiliſſimum & ampliſſimum repræſentatur. Veſtigium hujus vetuſtiſſimum extat, Gen. 31. 34. ubi tumulus teſtimonii à Labane Syro vocatur יגר סהדוו א Jegar, ſahadutha, à Jacobo vero Lingua Hebraica גלעד Galed, vel Galaad. Hæc lingua etſi Hebraicæ vicina fuit Judæorum tamen vulgus ante captivitatem eam non intellexiſſe conſtat ex, Ier. 5. 15. Quam vero neceſſaria & utilis ſit ejus cognitio, ex hoc colligitur quod multa capita in Scripturis, Spiritus S. hac lingua conſignari voluit, In Daniele, ſcil. à Cap. 1. v. 4. ad Cap. 8. In Eſra. à Cap. 4. v. 8. ad v. 27. Cap. 7. In Jeremia vero unicum comma, Cap. 10. v. 11.

Præter hæc multa ſunt loquendi formulæ, quæ-

descriptum erat à quodam Ab Helion circa annum Christi, 1524. Hæc autem cum Parisiensi contulit, & multa quæ Parisiense ubi deficiebat supplere, lectionem veram restituere, & dubia quædam elucidare possint, collegit vir doctus, quæ in ultimum tomum relegantur: interpretationem etiam Latinam versionis Samaritanæ, ubi à textu Hebræo-Samaritano differebat, ad singulas columnas idem adjecit; licet enim unã eandémque versionem Latinam utrique Samaritano inservire posse asserit Morinus, in multis tamen differre, ex adjectis ad finem columnarum quilibet facile perspiciet; ut nil dicam de versione Morini Latina, quæ multis in locis nec Textui Samaritano nec ejus versioni sed potius vulgatæ Latinæ congruit, neutriusq; sensum aptè exprimit, ut in Annotationibus ad calcem operis postea patebit: utque differentias Samaritani Textus ab Hebræo Lector simul intueri poterit, hasce omnes collectas ex variis exemplaribus habebit, unà cum locis omnibus in quibus Samaritani & 70 conveniunt, utrique verò ab Hebræo dissentiunt, quæ omnia sacræ criticæ studiosis haud ingrata futura arbitror.

Versionem verò quod attinet Samaritanam, ejusdem est cum lingua Chaldaica cognationis; voces tamen non paucas habet sibi proprias & peculiares: Arabicis etiam nonnunquam utitur. Informatione tam Nominum, quam verborum modò Hebraicæ, modò Chaldaicæ regulis conformatur. Hoc insuper (erroris identidem ut vitetur suspitio) præmonere visum est, nempe, quòd literarum homoörganicarum commutatione abundat ista versio quàm sæpissimè; nec non aliarum etiam

Volumen eodem modo ſcriptum Doctiſſimo viro Tho: Gatakero *donatum erat, complectens Pſalmos & Iſaiam. In hiſce* M. SS. *ſcriptus eſt Textus Hebraicus cum Paraphraſi Chaldaica, non per diſtinctas columnas, nec per lineas a ſe invicem ſeparatas: ſed poſt unũ verſiculum Hebraicum continuò ſine ulla lineæ abruptione repetitur idem Chaldaicè, adeo ut Linguarum ignaris pro uno eodemque continuo orationis contextu in una eademque lingua videri poſſit. Hoc vero morem antiquum apud Judæos referre volunt, ab Eſræ temporibus uſitatum, quo poſt Textum Hebraicè perlectum, explicatio vel verbo tenus, ut à Levitis* Neh. 8. 7. *vel ex Scripto, ut ævo poſterieri, in Lingua populo notâ, fieret.*

Paraphraſes vero iſtas quantum ad textus intelligentiam conferunt, quantúmque ad Judæos convincendos, maximè in Articulo illo fundamentali de Meſſia, in quo explicando nobiſcum prorſus conſentiunt, contra ineptas & impias poſteriorum Rabbinorum corruptelas, doctis notum, ita ut hìc immorari ſupervacaneum eſſet.

Buxtorfii p. verba tantùm referam in præf. Gram. Syriacæ & Chald. Infinitæ ſunt Linguæ Hebrææ voces obſcuræ, locutiones irregulares, Schemata ambigua, quæ ex Chaldæa lucem & explanationem accipiunt; ſenſum etiam Hebræi textus Chaldæa Paraphraſis ſæpe concordia ſua corroborat, contractã

báque non pauca, in Canonicis Hebræorum libris quæ ſine hujus linguæ cognitione explicari vix poſſunt. Maximè vero hujus linguæ utilitatem nobis commendant Antiquiſſimæ Paraphraſes, circa Chriſti tempora ſcriptæ, quæque parem fere authoritatem apud Judæos habent cum ipſo Textu Hebraico. Onkeloſi, ſcil. in legem, qui σύγχρονος erat Rabban Gamaliel S. Pauli præceptoris, quem perperã aliqui cum Aquila confundunt, qui longo tempore poſt Templi excidiũ vixit. Jonathanis, in Prophetas quos vocant priores; ſcil. libros Joſ. Judic. Sam. & Regum, *& poſteriores, majores ſcil. & minores (excepto* Daniele:*) De quo hoc referunt Rabbini, quod cum Targum ſuum ſcribebat, ſi fortè vel muſca in chartam inſideret, igne cæleſti ſtatim conſumptam fuiſſe.*

Cùm enim lingua Hebraica poſt Captivitatem, ut diximus, vulgò ignota fuit, in ſubſidium popularium ſuorum quaſdam Paraphraſes conſcribere cœperunt, quæ, ut quibuſdum videtur, in Synagogis poſt Textũ publicè prælectæ erant: quod probabile magis ſit ex antiquis quibuſdam M. SS. *Chaldaicis Paraphraſibus, quarum unam ſe vidiſſe teſtatur Buxtorfius, aliam vero ipſe habeo ex Bibliotheca Weſtmonaſt. complectens Pentateuchum, pulchrè, & in magno folio exaratum, quam in excidio Ormi in ſinu Perſico inter ſpolia a militibus emit & in Angliam intulit Mercator quidam Londinenſis, aliudque*

Volumen

bus vocalibus inſerviebant, quæ poſt appoſita puncta ſæpe anomaliam inferebant. Hinc imperfecta extitit punctatio, variaque abſurda in Targumim relicta, quarum quædam à Complutenſibus reformata, in Bibliis Regiis plura, quam plurima vero fatente Ario Montano ſinè emendatisne relicta, tandem immenſis Buxtorfii P. laboribus, pleraque quæ in prioribus medelam poſtulabant curata, & integritati reſtituta erant, omnibus ad analogiam Eſræ & Danielis reductis, ut ex Bibliis magnis Baſileenſibus liquet, Commentarium quoque inſcriptum Babel *paravit, in quo teſte ipſius Doctiſſ. filio omnis differentiæ ratio redditur, & ex locorum collatione illuſtratur, omniaque quæ ulterius animadverſa & manum medicam requirebant ad integritatem revocata ſunt, adeo ut cum hoc evulgatum fuerit (ſub prelo verò eſſe brevi proditurum nuper accepimus) priſtinum Babyloniæ nitorem hæc lingua recuperaſſe videri poſſit. Chaldaicam itaq; Paraphraſim Onkeloſi in Pentateuchum, Jonathanis in Prophetas, & Joſephi Caci in Hagiographa cum reliquis ſecundum editionem Baſileenſem, quæ omnium quæ hodie extant maximè emendata, in Bibliis noſtris exhibemus, Latinam verò ſequimur verſionem quæ in Regiis, niſi cum à Baſileenſibus differt, quæ differentia alio characterе notata eſt (Pariſienſes enim (conſilio an caſu neſcio) Chaldaicam, licet ex Regiis & Baſileenſibus mix-*

dilatat, & explicatione illuſtrat.

De ſingulis vero Paraphraſibus audiamus Buxtorfium f. præfatione ad Lexicon Chaldaico-Syriacum. Onkelos Pentateuchum tranſtulit, qui ut ſtylum ſimpliciorem & ad Danielis & Eſræ puritatem magis accedentem habet, ſic maxime literalis eſt, verbum fere de verbo reddens. Jonathan Prophetarum Paraphraſtes, in prioribus tum in ſermone tum in re ſimplex eſt, In poſterioribus qui obſcuriores, paulo liberior, & allegoriis nimis indulgens. De Targo Hagiographorum (*quod Joſepho Caco aſcribitur circa 600. poſt natum Chriſtum annos*) ex Hiſtoria Hebraica nil certi habetur, authores varios fuiſſe ex ſtylo apparet, & præcedentibus longe recentiores. Targum Megil'oth ſeu 5 librorum ſcil. *Cantic. Thren. Ruth. Eccleſiaſtis* & *Eſther*, poſt Talmud conſarcinatum eſt (quod 500. ad minimum poſt Chriſtum annis obſignatum eſt) cujus expreſſa fit in illo mentio. *Cant* 1. 2. *Thren* 2. 14. Linguæ etiam dialectus impurior ad Syro-Hieroſolymitanum accedens, & ut prolixius eſſe ſolet, ſic pluribus allegoriis refertum, idemque judicium eſt de Targum Hieroſolymitano, altero Jonathanis in Legem, & de ſecundo Targum in Eſther. Hactenus Buxtorfius. *Cum vero Paraphraſes illæ præſertim antiquiores ante punctorum inventionem ſcriptæ ſint, literarum [illegible] lectionis pro omni-*

Elia referunt ad R. Jochanan circa annũ Christi 230. vel ad tempora Talmudis Hierosolymitani, cujuscunque sit utilitatem suam habet, ideoque cum versione Latina reliquis annectemus.

Chaldaicæ linguæ, ita affinis est Syriaca, ut à plerisque pro una eademque habeantur, sola enim dialecto differunt: In scripturis dicitur Aramæa ab Aram, ut Syriaca à Syria; in N. Test. sæpe vocatur Hebræa, quia ejus scil. dialectus erat, aliâs antiqua Hebraica tantũ apud Sacerdotes, & doctos nota erat.

Cùm verò Judæi reduces postquam 70. annos in Captivitate Babylonica transegissent, propriam linguam obliti erant, scil. Hebraicam puram, mixtam quandam ex Hebræa & Chaldaica in patriam introduxerunt, quæ postea Syriaca dicebatur: unde erat quod cùm Esdras legem populo publicè prælegi curabat ex textu Hebraico, quem vulgus ignorabat, necessarium erat ut Levitæ exponerent, & intelligentiam legis darent, ut videre licet Neh. 8. 7. 8. & hæc origo erat, ut plerique statuunt, explanationum in Synagogis diebus Sabbati post legem prælectam, quarum mentio frequens in Evangelio et Actis. Contra vero contendit Geor. Amyra præludio 1. in Gram. Syr. nequaquam ortam esse Syram ex mixtura Hebraicæ & Chaldaicæ, sed Syriacam cum Chaldaica unam esse eandemq; linguam: Cùm verò agnoscit ipse accidentaliter differre, licèt

tam fecerunt, Latinam tamen non Chaldaicæ respondentem, sed eandem quæ in Regiis ubique retinent.) Collatio item facta est, cum reliquis editionibus & M.SS. quibusdã, & cum doctissimi P. Fagii versione Onkelosi Latina, variæque lectiones cum observationibus & notis (quæ à viro docto qui huic parti incumbit collecta sunt) ad appendicem referuntur.

Hisce vero quæ maximæ authoritatis sunt Paraphrases duas alias minoris licet pretii, utiles tamen, adjungemus, scil. 1. Targum Jonathanis (ut dicitur) in legem cum versione Latina. Jonathæ ascribunt ex Judæis multi, & ex Christianis Galatinus, Paulus Fagius, Helvicus & alii; negant tamen plerique ejus esse, Buxtorfius scil. Drusius, &c. Schickardus in medio relinquit & concludit. Bechin. Hap. p. 29. cujuscunque sit authoris vel antiquitatis, plurimum nobis profuturum contra Judaicos commentatores, cum vaticinia quæ illi ad Davidem & alios referunt, de unico & solo Messia rectè & prorsus Christianè exponit.

2. Targum Hierosolymitanum in Pentateuchum, quod non totum Textum continuâ serie, ut reliqua, sed quædam potiora prosequitur; sic dictum vel à loco ubi prodiit, vel à dialecto Hierosolymitana, quæ Babylonica, quâ scripta sunt Onkelosi commentaria, impurior. De authore dubitatur, licèt plerique cum

Elia

unde infert non ita antiquam esse N.T. Syriaci versionem ut vulgo putatur, sed plus temporis post Christum inter fuisse, antequam facta erat ista versio, quod mutationem illam in Linguam Syriacam intulit; sed notandum Syriacæ Linguæ varias fuisse dialectos, ut idem Breerwoodus Buxtorfius & alii observant, dialectus enim Galilæa, a Hierosolymitana differebat adeo ut ex Petri sermone colligebant ipsum esse Galilæum Marc. 14. 70. *magis enim rudis et agrestis erat sermo Galilæus, ut existimat Buxtorf. in Lexic Talm. Rabb. voce* גלילי. *Præcipuæ vero Dialecti erant: 1. Babylonica omnium purissima, in qua scripta sunt capita quædã Danielis & Esræ, & postea licet stylo non ita puro Onkelosi & Jonathæ Paraphrases, & Talmud Babylonicum. 2. Hierosolymitana quæ a genuina Chaldaica plus distabat per mixturam verborum peregrinorum, scil. Arabicorum, Græcorum & Latinorum quæ longo tempore contraxit, & in hac scripta sunt Talmud & Targum Hierosolymitanum, Targum in Hagiagrapha, & Jonathanis in legem, liber Zohar, & quædam Medrashim seu expositiones allegoricæ. 3. Anticchena seu Comagena & Maronitica, quæ Antiochena dicebatur, quia circa Antiochenum tractum in usu fuit, & in Ecclesia Anticchena & per totum Patriarchatum in Sacris usurpata fuit, Comagena vero a Comagene ultima Syriæ regione, & Maronitica à Ma-*

essentialiter idẽ sunt, idem dicit quod illi à quibus differre videri velit. Eandem enim esse linguam & sola dialecto differre agnoscunt fere omnes, unde Lud. de Dieu licet ipse Chaldaicam à Syriaca distinguit quia sic ab aliis fieri solet, & quod non raro phrasibus & flexione differunt, unam tamen & eandem esse linguam fatetur, minoremque inter ipsas differentiam esse potuisse si punctatoribus placuisset, hinc Dan. 2. 4. Chaldæi dicuntur Regem אַרְמִית *idest Syriacè allocutos esse, nec quicquam inter se differrent nisi Judæi inter quos Daniel & Esdras quædam de sua lingua admiscuissent. Inde dialectus linguæ Syriacæ nata est, quæ Chaldaica dicta quia in Chaldæa nata, & inde á Judæis in Palestinam transvecta fuit.*

Hanc vero Christo salvatori ejusque Discipulis vernaculam fuisse post Widmanstadium, communis est doctorum opinio, unde magna exsurgit hujus linguæ prærogativa quam una cum virginali matris lacte Dominus suxit, quæ redemptoris nostri ortu, educatione, doctrina, miraculis, ac patris voce è Cœlo ad ipsum emissa, consecrata est, Hanc æternus Dei filius sacro ore suo nobilitavit, cum legem evangelicam, vitæque æternæ aperta promissa quibus omnis spes nostra nititur in hac Lingua primus orbi promulgavit. Observat quidem doctissimus noster Breerwoodus, Syriaca vocabula quæ ab Evangelistis citantur, ab iisdem quæ in N. Test. Syriaco aliquantum differre,

unde

chenam (cò quod parum differebant) videtur affirmare Gregorius apud Clariſs. Pocockium, in Hiſtor. Arab. p. 360.

تنقسم الي ثلث لغات افصحها
الارمايية وهي لغة اهل الرها وحران
والشام الخارجة وبعدها الفلسطينية
وهي لغة اهل دمشق وجبل لبنان
وباقي الشام الداخلة * واسمجها
الكلدانية النبطية وهي لغة
اهل جبال اشور وسواد العراق *

hoc eſt (*Lingua Syriaca*) diſtinguitur in tres dialectos quarum Elegantiſſima eſt Aramæa, quæ eſt lingua incolarum Rohæ, & Harran, & Syriæ exterioris; proxima illi eſt Palæſtina quæ eſt ea qua utuntur Damaſci & montis Libani, & reliquæ Syriæ interioris incolæ: at omnium impuriſſima Nabatæa, quæ eſt dialectus populi montium Aſſyriæ, & pagorū Eraci. *ubi ſub Palæſtina comprehendit*

ronitis qui habitant in pagis montis Libani, & in minoribus Syriæ oppidis & hæc, κατ' ἐξοχὴν Syriaca dicitur, quam Christiani per Orientem sibi fere propriam fecerunt, dum utriusque Testamenti versiones in hac dialecto habuerunt, & Sacra in eadem celebrârunt, reliquis Paraphrasibus Chaldaicis, de quibus suprà, Judæis relictis. Literæ quoque Syriacæ seu Maroniticæ à Christianis Antiochenis, nascente ecclesia, introductæ erant nequid cũ Nazaræis & Ebionitis Judæis commune haberent, ut inter alios Fabric: Boderianus. In hac dialecto scriptum est N. Test. Syriacum, ideoque facile evenire potuit, ut quædam verba essent à sermone Hierosolymitano paululum variantia, cum tamen una eademque sit utrisque lingua: Ideoque verè dici potest Linguam Syriacam fuisse Christo vernaculam, licet dialectus Hierosolymitana, qua Christas utebatur, & Antiochena, in qua habemus utriusq; Testamenti libros, aliquam admittant inter se varietatem. In hac nostra insula, quantum variat pronuntiatio & dialectus pro singulis 40 vel 50. miliaribus, omnes novimus, adeo ut si plures eandem historiam idiomate Cantiano, Devoniensi, & Eboracensi conscriberent, majorem ni fallor discrepantiam quis inveniret, quam in istis dialectis Syriacis, nemo tamen eandem esse apud omnes Linguam Anglicanam negaret. Imo unam eandemque fuisse dialectum, Hierosolymitanam & Antiochenam

Hanc etiam per omnes ferè Orientales eccleſias in uſu eſſe certiſſimum eſt, licet enim aliam habeant ex Græca verſionem, illam tamen ex Hebræo quam antiquam & ſimplicem vocant, in uſu eccleſiarum publico eſſe teſtatur Gregorius Scholiaſtes Syrus apud Bootium in indice animadverſionum Sacrarum, Imo non tantum Scripturas ſed & liturgias & ritualia apud pleraſque Chriſtianorum ſectas in Oriente, in Syriaca lingua eſſe, licet doctis interea ſolùm nota, clarè oſtendit Doctiſſ. Breerwoodus. Sic etiam, ut hoc obiter addamus, Judæi in precibus publicis Hebraica lingua utuntur quã vulgus ignorat, & eccleſia Græca, antiqua Græca, quæ ab hodierna vulgari tanũ differt quantum Italica à Latina. Etiam apud Mohammedanos ubique in Lingua Arabica tum preces publicæ fiunt, tum Alcoranum legitur (quod prophanari exiſtimant ſi in aliam linguam transferretur) etiam ubi Arabica non eſt vulgaris.

Duplicis vero verſionis Syriacæ etiam mentionem facit Gregorius, apud D. Pocockium in prædicta Hiſtoria Arabica, pag. 184. cujus verba ex Arab. ita ſonant Verſio 70. illa eſt quam ſequuntur apud nos Docti, & quæ Græcorum manibus teritur, aliarumque apud Chriſtianos ſectarum, exceptis Syris, & præcipue orientalibus. ſiquidem exemplar ipſorum quod ſimplex appellatur, quia qui illud elaborarunt, de ornatu verborum ſolliciti

dit Hieroſolymitanam & Antiochenam dialectum quæ parum inter ſe differebant.

Utque magna hujus linguæ nobilitas ex dictis apparet, ſic etiam utilitas maxima, ad tum Vet.tum Novum Teſtamentũ intelligendum, cum enim Chriſti & Apoſtolorum erat vernacula, non niſi ex ea vocum quæ in N. Teſt. extant Syriacorum interpretatio peti poteſt, & quod magis eſt, ut obſervat L. de Dieu, ipſarum Phraſium quæ paſſim in N. Teſt. uſurpantur verus ſenſus, vix aliunde quam ex Syriaco petendus eſt, Phraſim enim Evangeliſtarum & Apoſtolorum Græcam eſſe nemo dixerit, & facilius Europæis foret, Platonis & Ariſtotelis elegantiam imitari quã Platoni vel Ariſtoteli N. Teſtamentũ nobis interpretari, quia ſcil. Sancti viri Syriacè conceperunt quæ Græcè ſcripſerunt, & linguæ vernaculæ emphaſim peregrinis verbis, indiderunt.

Veteris etiam Teſtamenti in Syrum ſermonem ex Hebræo traducti, prope Apoſtolorum tempora, exemplaria varia M. SS. hodie ſunt in multorum manibus, mentionem quidem fecit Arias Mont. verſionis Syriacæ ex Græca 70. ut & Doctiſſimus Maſius præf. in Joſuam, qui M.SS. Syriaca multorũ V.T. librorum ante mille annos conſcripta habuit, ſed ex verſione 70. omnes, at ex Heb. factam verſionẽ Syriacam, omniũ antiquiſſimam non viderunt Arias Montanus, vel Maſius, quam tamen nemo hodie in dubium vocat,

Hanc

Scholiastes Græc. in Pentat. frequenter, Theodoret. in Psal. 104. 113. 116. in Jonam cap. 3. & alibi, Cronicon Alexandrinum, &c. Nec mirum est apud Hieronymum altum esse de hac versione silentium, cum linguam non intellexit. Cum enim Catalogum Scriptorum illustrium Eccles. scripsit, Linguæ Syræ ignarum fuisse inde probat Gennadius, quod Jacobum Nisibenæ Persarum civitatis Episcopum, Syrum Scriptorem, in Linguã Græcã nondũ conversũ silentio pretermiserit, ac Ephremi & Archelai Bardesanisq; opera Syriaca, non prius quã Græca essent facta, potuit evolvere. Lingua igitur Syriaca quæ nullibi hodie vernacula, nisi in paucis vicis circa Libanum, cùm ubique ferè per Asiam & Africam inter Christianos pro eruditorũ lingua habeatur, in qua Scripturas legunt & Sacra peragunt, multaque sint veterum monumenta, quæ nondum edita sunt, ut magni Ephrem, & Jacobi Syri, qui universam scripturam commentarijs Syriacis illustrârunt, de quibus Greg. Nissen. in vita Ephrem, & Sozom lib. 3. Hist. cap. 15. quis dubitabit de magna ejus utilitate, præsertim ad Textũs sacri intelligentiam? majorem enim cum Hebraica affinitatem habet quam quælibet alia, unde est quod pluribus vocibus & phrasibus inter se conveniunt, ut ex Magno Ephrem observavit Basil. Magnus in Hexam. in Genes. 1. Magnum itaque hunc & antiquissimum Ecclesiarum Orientalium Thesaurum, versionem Syriacam veteris et N. Testamenti, una cum interpretatione Latina, Biblia nostra etiam exhibent. N. quidem T. primus edidit Widmanstadius J. C. Imperatoris Ferdinandi per Germaniam Cancellarius

ſoliciti non fuerunt, convenit cum exemplari Judæorum; at Syri occidentales duas habent verſiones, ſimplicem iſtam quæ è Lingua Hebraica in Syriacam tranſlata eſt poſt adventum Domini Chriſti tempore Addæi Apoſtoli; vel juxta alios ante eum tempore Salomonis filii David & Hirami, & alteram figuratam juxta 70. ſeniorum interpretationem è lingua Græca in Syriacam traductam, longo poſt ſalvatoris incarnationem intervallo.

Quod vero affirmant Maronitæ verſionem Syram ex Hebræo factam eſſe circa tempora Salomonis, & Hirami regis, nullo negotio refutatur; cum certum ſit ante Chriſti tempora nullas verſiones inter Judæos notas fuiſſe, præter Onkeloſi & Jonathanis paraphraſes, & Græcam 70. nec neceſſarium erat ex Hebraico verſionem ullam in Judæorum uſum inſtituere, cum Hebraica pura Judæis longo poſt Salomonem tempore erat vernacula: vetuſtam tamen eſſe verſionem Syram tam V. quam N. Teſtamenti, & vel ipſis Apoſtolorum temporibus, vel non multò poſt factam eſſe facilè agnoſcimus; nam præter conſtantem eccleſiarum Orientalium traditionem, ex antiquis multi ejus meminerunt, ut Jacobus Syrus qui concilio Nicæno interfuit anno 325. & poſt ipſũ Magnus Ephrẽ Syrus, qui etiã verſionis ſimplicis ex Hebræo mentionẽ facit. Interpretem Syrum etiam citant Chryſoſt. in Pſal. 94. & Heb. 11.

Scholiaſtes

tia descriptũ. Tertiũ est Clarissimi D. Pocockij, quod etiã accurate de scriptũ ipse ex Oriente attulit; Hæc tria exemplaria se mutuo confirmant, cũ minima sit inter ipsa differentia, cũ Parisianis vero collata sunt & ipsorum opera, integri versiculi, quæ in Parisiensi sæpe deficiebant vel exemplaris vel Typographi vitio restituuntur, præter immunera alia minoris momenti errata emendata, virorũ doctorũ opera & cura, qui ex collatione exemplarium, aliisq; M.SS Syriacis, librisque impressis, quæ sigillatim hic emunerare instituti nostri brevitas non permittit, notas & observationes quæ ad Textum elucidandum multum in fallor conferent, elaborarunt.

De Arabicæ linguæ antiquitate, amplitudine & usu inter alios scripserunt Erpenius Orat. de Ling. Arab. Breerwoodus noster in libro doctissimo de Religionum & Linguarũ diversitate, Brochartus in Geographia sacra, ex quibus aliisque hæc nobis annotasse satis erit. Post linguarum confusionem, in Saba, vel Sabæa (quæ postea Arabia dicta est) à Sabi Chusi filio, Chami Nepote ita nominata, fuit hæc lingua per 3000. annos sine aliarum mixtione conclusa, cum vero Arabia deserta per Ismaelem habitata erat, lingua hæc etiam inter ejus posteros propagata est, qui ab Hagar, Hagareni vocantur, & hi quidem quia peregrini عرب مستعربة Arabes facti; ut Sabæi عرب عاربة Arabes nati appellati sunt.

Post annum vero Christi 620. ortus est impo-

stor

rius idque Syriace tantum, quod postea per Fabricium Boderianũ, Tremelium, Trostium et alios Latinitate donatum varijs formis impressum erat. Epistolas vero Catholicas quasdam, scil. secundam Petri, secundam & tertiam Johannis, Judæ, cum Apocalypsi quæ in antiquioribus codicibus Syriacis desiderantur, magnumque supperditant argumentum pro antiquitate istius versionis, factam scil. fuisse antequam publico ecclesiarum consensu hæ partes N.T. receptæ erant (nam initio nascentis ecclesiæ de ijs dubitatum esse ex Ecclesiastica Historia constat) Hasce inquam cum Apocalypsi quæ opera Clariss. Pocockij & Lud. de Dieu in lucem prodierunt, cum reliquis N.T. libris conjungemus, una cum varijs lectionibus ex libris M. SS. aliisque à viris doctis collectis & observationibus inde factis, Interim praeter exemplar Parisiense V.Test. quod non ex omni parte perfectum, licet magnam Gabrielis Syonitæ diligentiam qui primus V.T. punctavit & Latinum reddidit agnoscimus, alia etiã M.SS. Syriaca vetustissima, optimæque fidei adhibemus.

Duo suppeditavit Reverendissimus Archiepisc. Armachanus. Unum totius V.Test. quod multo auro describendum curavit ex exemplari Patriarchæ Antiochenæ (excepto Psalmorũ libro qui antea evulgatus erat) Hoc comparavit vir doctus cum M. S. Syriaco altero, quod cum Parisiis agebat, à viro antiquitatis studioso mutuatus erat, & quædam in margine utilia notavit. 2. Alterum, ejusdem Reverendiss. Patris Pentateuchum solum complectitur, priori tamen multo antiquius, & maxima cum diligen-

tia

eiet, & inter 4. vel 5. Septimanas fundamenta linguæ ediſcere poſſet. Non enim neceſſe eſt Hebraica diſcere ut hanc calleas, licet vero ab Hebræa prognata ſit, communeſque cum ea habeat literas, difficultates tamen Hebrææ linguæ ignorat, eſtque adeo regularis ut pleraque præcepta exceptionibus careant, pluráque anomala & difficilia verba in uno Bibliorum libro, vel in Homero, quã in toto Arabiſmo reperire liceat.

Utilitas verò longè maxima, non tantùm ad peregrinationes per totam Aſiam, Africam, & Europæ partem, ſed & ad ſcientias ediſcendas, cum infinitos ferè libros habeant Medicos, Geographicos, Mathematicos, Hiſtoricos, Politicos, Chymicos, &c. præter plurimos Græcorum Latinorumque authores antiquos, etiam aliquos quos in Europa deſideramus in ſermonem Arabicum traductos, ita ut infinitum habeant Librorum ſuppellectilem & Academias multas, in Africa fuiſſe 30. Academias, teſtatur Joh. Leo. In Bibliotheca Feſſana libros 32000, fuiſſe teſtantur alij, & in Bibliotheca Regis Maroccani quæ in Bibliothecam Regis Hiſpaniarum avecta erat circa annum Chriſti 1610. erant libri 7800.

Maxima tamen ejus utilitas & neceſſitas eſt ad linguam Hebræam & ſacra Biblia intelligenda, cùm Hebræa lingua, quæ mutila & exigua ex parte in veteri Teſtamento reliqua eſt, ex Arabica quæ adhuc integra eſt ſuppleri & diſci poſſit: multæ enim vocum Hebraicarum radices Arabicæ ſunt, unde Hebraica vocabula quæ ſemel tantum in V. T. occurrunt, ex conſuetudine Arabici ſermonis exponenda eſſe ſtatuit Aben Eſra. Comment. in Cant. Salom. ob linguarum

ſtor ille Muhamedes qui cũ Arabs erat, doctrinã ſuam, quæ in Alcorano eſt conſignata, Arabico ſermone conſcripſit, quæ quidem Superſtitio cùm ob Muhamedanorum victorias tum ob alias cauſas longè lateque per orbem diffuſa eſſet, etiam & lingua Arabica unà propagata fuit, ita ut univerſam ferè Aſiam et Africam & bonam Europæ partem occupavit, nulla poſt linguarum diviſionem tantum terrarum tractum poſſidente, & licèt barbara ante Muhamedem erat poſtea tamen culta. Turcæ etiam plerique barbari, Arabes vero literis dant operam. Cùm enim Muhamedani preces ſuas publicas, ubiq; in Lingua Arabica celebrant, etiam ubi Arabica non eſt vernacula, & Alcoranum in hac lingua tantum legi permittunt ut ſupra innuimus, hinc factum eſt, ut ubicunque valet Muhamedana impietas, hæc lingua (niſi ubi vernacula eſt) in ſcholis ut Latina & Græca apud nos, pro eruditorum lingua, à pueris addiſcitur. Ipſique Chriſtiani qui per imperium Turcicum, Perſicum, aliorumque Muhamedanorũ terras diſperſi vivunt per magnam Aſiæ et Africæ partem, ut & Judæi, Samaritani, & Pagani vicini hac linguâ utuntur: imo Sacros Codices in hanc tranſtulerunt tum Judæi, tum Chriſtiani, ut poſtea dicemus. Elegantiam ejus poſitã volunt in vocũ copia qua Græcã & Latinã multò ſuperat, licet compoſitionem vocum non agnoſcat; ſignificationis vi & ſuavitate, præ qua Græcorum χάριτες ἀχάριτες ſunt; linguæ gravitate ipſiuſque facilitate, quæ tanta eſt ut inter omnes linguas nobiles facillima ſit, adeo ut ſi quis paucis menſibus quotidie quaſdam horas huic linguæ impendat, progreſſus laudabiles faciet,

chum tantum hactenus lucem vidit. De authore quem sequitur in Pentateucho tacet quidem D. de Iay, in præfatione sua ad Biblia Parisiensia, & de translatione quadam libri Iob Arabica, qua Hieronymus usus est, quædam habet, quasi hanc suam versionem ejusdem esse antiquitatis lectori insinuare vellet, certum tamen est ut ex collatione patet versionem hanc Pentateuchi Arabicam, non esse aliam quam illam R. Saadiæ, licet in paucis mutatam, contra Hottingerum & Erpenium qui aliter sentire videntur, ut ex viri doctissimi & linguarum orientalium peritissimi notis patebit, qui Pentateuchum hunc Parisiensem cum Saadiæ exemplari duplici, uno M.S. altero à Judæis Constantinopoli, centũ abhinc annis una cum Hebraico textu, & Onkelosi Paraphrasi Chaldaica impresso, contulit, variasque lectiones collegit, quas cum observationibus suis, inter alia ejusdē generis imprimenda curabimus. Reliqui V. Testamenti libri à Christianis versi sunt, ut & N. Testamentum, sed licet elegantem & satis antiquam translationem illam esse asserat Erpenius, nec tamen ipse nec qui opus Parisiense ediderunt, a quibus authoribus vel quo tempore facta sit nobis indicant, sed hoc aliorum indagini reliquerunt.

Datur & alia Pentat. Arabica translatio in Bibliotheca Laurentiana, ab Harit-Ibn-Sina facta, quæ teste Hottingero ex magna parte respondet editioni Græcæ, ubi vero ab ea recedit, Syriacam vel Chaldaicam sequitur.

Pentat. etiam Arabicum edidit Erpenius, Judæorum Mauro[illegible] quem R. Saadiæ versioni præfert eo quod textui Hebræo magis adhæreat.

guarum affinitatem. Arabiſmis plurimis refertos eſſe libros ſcripturæ Poeticos obſervarunt docti, maximè in Job (unde & linguæ antiquitas elucet) ut dudum obſervavit Hieronymus, qui in præfatione in Job aſſerit ſe pluſquam 300. verſus in Job ex tranſlatione Arabica quæ tum extabat, ſed hodie non reperitur reſtituiſſe, & ibidem affirmat tranſlationem ſuam nullum ex veteribus ſequi interpretem, ſed ex ipſo Hebraico Arabicoque ſermone, & interdum Syro, nunc verba nunc ſenſus, nuncutrunque ſimul reſonare, & in præf. in Danielem aſſerit Job cum Arabica lingua plurimam habere ſocietatem. Idcirco ad Hebræa linguæ perfectam cognitionem multò plus confert quam hactenus creditum eſt ut veriſſime aſſerit Brochartus, hocque ex Hebræorum commentariis videre licet, qui cum illis aqua hæret ad hanc linguam ut ad ſacram anchoram confugiunt, & longè plura obſervaſſent ex Arabiſmo, ad ſacri textus intelligentiam, ſi illius linguæ fuiſſent peritiores.

Licet itaque verſiones Biblicæ quas habemus Arabicæ, antiquitate reliquis cedant, utilitate tamen ad verum textus ſenſum eruendum multum conferre poſſunt.

Tranſlationes vero Arabicæ quæ hodie tum in Bibliis Pariſienſibus tum in noſtris exhibentur partim à Judæis, partim à Chriſtianis factæ ſunt.

I. R. Saadias quem Gehon, ob doctrinæ excellentiam vocant, tum Pentateuchum, tum reliquos V. Teſt. libros in Arabicam tranſtulit circa annum 900. in uſum Judæorum popularium ſuorum per imperium Saracenicum longè latèque diſperſorum, licet verſio ejus in Pentateuchum

ſervat doctiſſ. Brochartus nec in libris Moſis, Regum, Eſaiæ, vel Jeremiæ Perſarum ſit mentio, quia ante Cyrum vixerunt, qui occaſionem mutati nominis dedit, at in Daniele & Ezekiele, & in libris Cronic. Eſd. & Eſther, qui vel Cyro coævi, vel poſt eum vixerunt, Perſarum frequens eſt mentio multaque vocabula occurrunt Perſica, ut Dan. 3. 2. Neh. 2. 8. Eſth 3. 9. &c. quæ ſine hujus linguæ cognitione perfectè explicari vix poſſunt.

Licet autem ex multis mutationibus quæ in Perſia acciderunt per Gentiũ variarũ irruptionẽ, & mixturã, quæ eam ſubjugârunt, Romanorũ ſc. Arabũ, Turcarũ, &c. lingua eorũ multum mutata ſit. Ex multis tamen antiquis Parſarum vocabulis, in ſcripturis & antiquis authoribus repertis, quæque adhuc apud Perſas manent (ut videre licet apud eundem Brochartum) conſtat veterem Perſarum linguam, non periiſſe funditùs, ſed manere adhuc ejus reliquias. Ex quo tamen Muhamedana impietas in Perſia recepta fuit, ut Religionem ſic literas ſeu Characteres Arabes Perſis dedêre, adeo ut quis ſit proprius & antiquus Perſarum Character hodie ignoretur,

Quod ad verſiones Biblicas attinet, certum eſt ex Theodoreto, Chryſoſtomo, Hieronymo, & aliis qui circa annũ 400. floruerunt, ut in alias ſic in Perſicam linguam Scripturam antiquitus fuiſſe verſam, an vero antiquæ iſtius verſionis aliquæ adhuc ſuperſint reliquiæ poſt everſam Religionem Chriſtianam & introductam Muhamedanam, nullibi quod ſciam conſtat.

Hæc tantùm habemus Perſica, quæ, ob rationes

quas

adeo ut verſio interlinearis Ariæ Montani tam huic Arabicæ quam Hebræo textui ad amuſſim quadret. Exemplari tamen in quibuſdam ab Hebraico Hodierno diverſo authorem uſum fuiſſe ex locis quibuſdam probat idem Hottingerus, quos una cum iis quæ majoris momenti ſunt lectionibus à Saadiæ codice differentibus, inter alia lector in ultimo Bibliorum tomo inveniet.

Extant & alia duo Pent. Arabici exemplaria in Bibliotheca Oxonienſi ſecundùm verſionem 70. quæ multis ab hinc annis contulit vir doctus cum celebri noſtro M.S. Alexandrino 70. ſeniorum, cujus annotationes cũ Nobilij aliiſque ad 70. verſionem ſpectantibus, adjicere decrevimus. Dantur & variæ editiones N.Teſt. Arab. variáque exemplaria M.S. & impreſſa quibus uſi ſumus, de quibus etiam ſuo loco, lectori rationem reddemus.

Ante Cyri tempora ſub Hebræis nominibus כוּת Cuth. & עֵילָם Elam nota erat Perſia, ſic Joſeph antiq. l. 1. c. 7. Ἐλυμων & ἐλυμαίους, ait fuiſſe Περσῶν ἀρχηγέλας, Perſarum generis authores. Poſtea cum à Cyro, qui equorum uſum in Perſiam introduxerat, expeditibus equites facti ſunt, & nemo Perſarum vir bonus habebatur, ſi ultrò pedes iret (hæc tria enim ab anno 5. ad viceſimum liberos docuiſſe aſſerit Herodotus, ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀληθίζεσθαι, equitare, ſagittare, & vera loqui) Arabice verò

فرس pharas eſt equus & فارس pharis eques Hebraicè פָּרַשׁ paras, hinc ex hac ſubita mutatione regio dicta eſt פָּרָס Paras & incolæ פַּרְסִי Perſæ, quaſi dicas equites: unde ut obſervæ

ſtamentum accedemus publici juris faciemus.

Æthiopiam olim Hebraicè לוּד Lud vocatam, & Æthiopes Ludim, ſeu Ludæos, contra veteres qui Chus Æthiopiam eſſe crediderunt, validè probat doctiſſimus Brochartus Geograph. Sacræ. l. 4. c. 2. 3. & 26. Dehis vaticinatus eſt Eſaias cap. 66.19. ubi de converſione gentium per prædicationem Evangelij loquens, eos qui evaſuri erant cladem quam genti Judæorum interminatus erat Deus, ſc. Apoſtolos eorumque diſcipulos, in Tarſhiſh, Pul, & Lud qui arcum trahunt, gloriam ſuam inter gentes celebraturos prædicit, quod impletũ erat cum exilla gente Eunuchus à Philippo baptizatus evangelium Æthiopibus tanto ſucceſſu prædicavit, ut in hodiernum diem per tot ſecula, fides & eccleſiaſticum regimen ſub Abuna ſuo, qui Patriarcham Alexandrinum agnoſcit perdurarunt. Eunuchus ille erat Dynaſta Candaces Reginæ Æthiopum, Candaces enim nomen Æthiopum Reginis commune erat, ut ex Plinio, l. 6. c. 29. Strabone lib. 17. z. Dione in Auguſto aliiſque videre licet. Rex vero Æthiopiæ qui longè latèque multis populis per Africam imperat, à multis vocatur Presbyter Johannes ſeu Protegianus, quem, poſt Scaligerum, Regem Abyſſinorum eſſe volunt, errore manifeſto, cum certum ſit in ultimis Aſiæ finibus non in Africa ante 400. annos regnaſſe Regem Chriſtianum qui ſermone Perſico پادشاه فرشتگانی Padeſha Preſtigiani, id eſt

quas alibi (deo dante) reddemus, in Biblia noſtra inſerere, non inutile judicamus.

1. Pentateuchum Perſicum, quod ex Hebræo in linguam Perſicam tranſtulit, Jacobus Thawaſius, vel Tuſius (ab urbe Tus, per Academiam celebri, denominatus) in uſum Judæorum, in Perſia degentium, Hoc typis mandarunt Judæi literis Hebraicis, Conſtantinopoli, anno 1551, una cum textu Hebraico, Arabica Saadiæ, & Chaldaica Onkeloſi verſionibus, dequibus ſupra, voces vero obſcuras & difficiles Perſicè non reddidit ut nec multa beſtiarum & avium peregrina nomina, præſertim Levit. 11. quorum ſignificatio genuina tum Rabbinos, tum nos latent. Hanc vero verſionem ex Hebræis in Perſicos Characteres tranſcriptam, cum Latina interpretatione, Jonathanis etiam (quæ dicitur) & Hieroſolymitana Paraphraſi, appendicis loco ad vetus Teſtamentum adjicienda remittimus, ita tamen ut ſi quis hæc in uno volumine cum reliquis Pentateuchi verſionibus compingere velit, commode id liceat.

2. Pſalmorum verſionem Perſicam quam ex Oriente attulit vir doctus & linguarum Orientalium callentiſſimus, quam pro propenſo ſuo in hanc editionem Biblicam animo, communicare paratus eſt.

3. Evangelia Quatuor Perſicè reddita, quæ cum verſione latina evulgare decreverat Abrahamus Whelocus nuper linguæ Arabicæ profeſſor Cantabrigienſis, ſed præmatura morte ereptus, opus incæptum perficere non potuit. Hanc tamen verſionem ex M.SS. variis in vi[illegible] cum verſione Latina cura [illegible]

libri ſacri olim & hodie ſcribuntur, hoc vero hodie promiſcue utuntur omnes, & hunc Characterem volunt eſſe Æthiopicæ linguæ proprium quam Geets, ſeu liberum vocant, eo quod à nullo alio originem duxit, ut ipſi gloriantur, illum vero Surianum vel Chaldaicum, unde à quibuſdam lingua Æthiopica, Chaldaica vocatur, Potkenio ſc. Baronio & alijs.

Utilitatẽ vero hujus linguæ qd. attinet, antiquã habent Æthiopes totius ſcripturæ verſionẽ, quæ ſi ipſis credendũ ſit, ipſis Apoſtolorũ tẽporibus facta eſt, nec enim aliã à primo recepta fide Chriſtiana habuiſſe probari poteſt. Alvares Hiſt. Æthiop. c. 119. qui multis annis apud Æthiopes vixit, affirmat ipſos ſcripturam legere lingua Tegiana quæ Abaſſinorum eſt dialectus, eſt enim Tegia pars Habaſſiæ quæ primò Chriſtianiſmum recepit, in quam linguam tam Vetus quam Novum Teſtamentum tralata fuiſſe ex Chaldaica vel Syriaca affirmat Sabellius, in ſupplemento Hiſt. lib. 8. Liturgiam etiam celebrant lingua propria, licet Chaldæa inter ipſos pro doctorum lingua habeatur ut Alvarez. Poſtellus & alij tradunt. Quod vero ſuſpicatur vir doctus Evangelia Æthiopica verſa fuiſſe non ante 300. annos, & fidem à Maronitis è monte Libano Æthiopes habuiſſe cum pontifici Romano ſe ſubjiciebant, alibi expendemus.

Qui hodie impreſſi ſunt libri Æthiopici, ſunt Pſalmi Davidis, qui tum Romæ tum Coloniæ editi, Canticum Canticorum, & Teſtamentum Novum Romæ impreſſum, ſed multis mendis ſcatens. Hos et ſi quos alios ſcripturæ libros comparare poſſumus ex optimis exemplaribus emendatos,

Apostolicus vocabatur, unde Presbyteri Johannis nomen ortum.

Æthiopes autem in ritibus sacris, Coptis seu Ægyptiis maxime similes esse, testantur ritualia, & liturgiæ utrique genti comunes, de quibus videatur Kircherus de Coptitarũ moribus lib.1.c.9. Ærum etiam Martyrum usurpant, cum in dira illa persecutione Diocleſiana, non Ægyptij tantum sed & Æthiopes martyrij gratiam adepti sint, unde erat, quod annus gratiæ ab iis dicebatur, licet perspicax Scaligerus unde sic dictus erat se ignorare profitetur. Causam hujus affinitatis præcipuam esse liquet quod ecclesia Æthiopica una cum Ægyptiaca uno episcopo Patriarchæ Alexandrinæ subjecta erat, hodie enim licet Abunam seu Primatem quendã inter se habent, tamen consecrationem ejus à Patriarcha Alexandrino (cujus sedes est apud Grand-cair) petunt, uti refert Darianus à Goes, ritus enim & consuetudines ecclesiam & ejus Antistiees comitari, passim testantur Historiæ, unde est, quod, ut eosdem ritus Idololatricos olim coluisse Ægyptios & Æthiopes testatur Diodorus, sic unam eandemque ecclesiam fuisse testantur præter Nicephorum, Zonaram, Cedrenum, Cron. Alexandrinum, etiam ritualia Æthiopica quæ in Bibliotheca patrum extant.

Ex relatione sacerdotum quorundam Abyssinorum refert idem Kircherus duplicem apud ipsos fuisse Characterem, unum antiquum, Surianum dictum (quem & sanctum vocant) quo libri sacri quondam conscripti erant, quo soli sacerdotes & viri docti utebantur, alterum vulgarem & communem, qui adhuc manet, quo etiam

libri

pretationis Græcæ fuit ab universo Israelitarum cœtu. Apud Christianos verò in tanto honore fuit, ut referente August. de Civ. Dei. l. 18. c. 43 tanquam sola esset sic recepit Ecclesia, eaque utuntur Græci Christiani, quorum plerique, utrum sit alia aliqua ignorant.

Origenes vero, quem Hieronym. præf. in lib. nom. Hebraicorum, post Apostolos Ecclesiarum magistrum, neminem nisi imperitum negare asserit, Primo, Aquilæ, Theodotionis & Symmachi versiones ex Hebræo Græcas una cum 70 translatione per columnas varias disposuit, quibus sibi mutuo omnes respondebant; hæc autem appellavit Tetrapla, quod cum magno applausu receptum esset, duas alias columnas addidit prioribus parallelas, in quarum una textus Hebræus literis Hebraicis inscriptus erat, in altera, idem Græcis literis, unde Hexapla dicta sunt, Postea vero duabus alijs versionibus etiam Græcis ex Hebræo factis, in dolijs quibusdam repertis Hieriounte et Nicomedia, sex prioribus columnis adjunxit, unde Octopla dicebantur. Hoc vero & opus perfectum erat, tanta etiam æstimationis, ut opus Ecclesiæ vocatum sit, quod postea quia carius veniret, Eusebius et Pamphilus publici juris fecerunt, collocando in Bibliotheca Cæsariensi: Cumque magna ista volumina pauci parare possent, aliud opus aggressus est idem Origenes, versionem sc. 70 edidit à reliquis separatã quã cum Hebræo textu contulit, positis asteriscis ubi aliquid ex Hebræo addidit, quod ex Theodotionis versione mutuavit (quæ ad 70 reliquis propius accedebat) & obelis ubi aliqua habebant 70 quæ non erant in Hebræo. Hujus vero exemplaria ut

licet in nullis Bibliorum editionibus hactenus extantes, Biblijs noſtris non ſine Eccleſiæ commodo adjiciendos duximus.

Jam ut ad Græcam & Latinam verſionem accedamus, Celebris eſt 70. interpretum verſio ut quæ prima erat omnium veteris Teſt. quæque ſingulari Dei providentia in linguam latiſſimè propagatã tranſlata erat, ut viam gentibus pararet, ad evangelium, per adventũ filij ſui, recipiendum, Hac uſi ſunt Judæi in Synagogis ab ultima antiquitate, hac uſa etiam eccleſia primitiva & veteres ſcripturæ interpretes, à quibus omnis Theologiæ & librorum ſacrorum intelligentia nobis derivatur, adeo ut omnia fere quæ habemus in Theologia, & in Bibliorum cognitione, huic verſioni debemus, imo exigua eſſet abſque hac linguæ Hebrææ cognitio, ut oſtendit Capell. Crit. lib. 6. c. 10. Nobiliſſimum itaque hoc Eccleſiæ & Synagogæ monumentum, quoad fieri poterit integritati ſuæ reſtituere operæ præcium eſſe nemo dubitat, quod in editionibus Complut. Regia, Pariſ. hactenus vix tentatum eſt, in Bibliis noſtris quid præſtitum ſit judicet lector æquus.

Autographum ipſum quod Ptolomæo obtulerunt 70. Seniores, in Bibliotheca ſua celebri Alexandrina Rex collocavit, quæ poſtea tempore Julij Cæſaris, magno & nunquam ſatis dolendo reipub. literariæ damno, incendio conflagravit, exemplaria vero plurima inter Judæos fuiſſe certum eſt, cum publicè ab ipſis lecta erat hæc verſio, & cum magna veneratione ubique recepta, ſic enim Azar. p. 24. Menaijm. קיום הפתרון confirmatio interpretationis מאח כל עדת היהודים:

celebrari, De vero Origenis Aſteriſcorũ, obeliſcorum, lemniſcorum & hypolemniſcornm uſu, An variæ lectiones ex hac verſione colligi poſſunt? An ubiq; cum ab Hebræo Hodierno differt juxta illum corrigi debeat? De Computo Græcorum ſecundum verſionem 70, &c. His inquam & alijs hujuſmodi omiſſis, de quibus alibi in tractatu peculiari, hæc in præſentiarum æquis lectoribus conſideranda proponimus.

1. *Verſionem quandam Græcam celebrem fuiſſe, veteris Teſtamenti per 300. fere annos ante natũ Chriſtum, ab Eccleſia Judaica magno applauſu receptam, & 70. interpretibus adſcriptam, quæ à Judæis per totam ſiam, Syriam, & Ægyptum publicè in Synagogis prælecta erat, & expoſita, cum Hebraicum textum vix unus è centum intelligebat.*

2. *Pleraque teſtimonia quæ à Chriſto & Apoſtolis ex V. Teſtamento citantur, ſecundũ Græcam verſionẽ proferri, etiam ijs in locis ubi quædam diſcrepantia verborum inter Hebr. & Græc. eſſe videtur, quod enim Hieronymus & poſt ipſum alij, aſſerunt Apoſtolos unquam teſtimonia ex 70. protuliſſe niſi cum Hebræo Codice convenirent, & Epiſtolæ ad Hebræos à veteribus contradictum fuiſſe eò quod teſtimonijs utebatur ex 70. depromptis, ex locorum inſpectione apertiſſime deceptos fuiſſe demonſtratum eſt à pluribus, imo vix unum aut alterum locum cum Hebræo convenire, quoſdam nec cum Hebræo codice nec Græco, verbis ſc. licet in ſenſu cum utriſque concordant. Hæc enim, & alia ex zelo in Hebræum cujus Linguæ ante pleroſque ſui temporis peritus erat, in præjudicium omnium verſionum ipſum*

facile parabilia, Bibliothecas omnes etiam privatas implerunt, quumque plures exemplaria transcriberent, asteriscos vero & obelos (quos posuit Origenes ut vera 70 lectio servaretur, & à Theodotionis additamentis distingueretur) sive negligentia, sive alia de causa sæpe omiserunt, inde mixta facta est versio, adeo ut difficile esset nisi in Origenis Hexaplis, vel in exemplaribus quibus publicè usa est Ecclesia Græca, vel ex alijs vetustis exemplaribus quorum multa post Origiginem per multa secula servata esse veri simile est, veram & genuinam τῶν 70. lectionem habere, & hæc potissima causa est cur multi genuinam 70. versionem extare hodie negant.

Omissis vero quæstionibus varijs quæ de hac editione inter doctos agitantur, An alia aliqua versio facta sit ante hanc à Judæis Alexandrinis tempore Alex. Magni? An tempore Ptolomæi Philadelphi, an Philometeris hæc facta sit? An tantum 5 libros Mosis an totum vetus Testamentum transtulerunt? quibus exemplaribus utebantur, & quibus Characteribus descripta erant, vulgaribus sc. seu Chuthæis an sacris? An Sp. Sancto afflati erant, an nudi interpretes? An vera sint quæ de separatis cellulis, miraculoso omnium consensu, & de 72. diebus quibus factam esse hanc versionem volunt, narrantur? De Aristæi qui historiam hanc primò conscripsit authoritate, De Josephi, Philonis, &c. testimonijs, An ad verbum transtulerunt, an pro lib'tu, addiderunt, adimerunt, mutarunt? De 13. locis quos tradunt Rabbini à 70. mutatos & in ijs à textu Hebraico ipsos discessisse; De jejunio quod singunt Judæi propter legis translationẽ celebrari,

eſſet ignorabant. Philaſtrius vero Hæreſ. 39. 40. ait, quod Eccleſia Catholica hanc colit, legit, & prædicat, alias autem (ſc. Aquilæ, Theodotionis, & Symmachi) ſupervacaneas & contrarias tantæ editioni contemnit. *Quæ enim ab Aquila, Theodotione & Symmacho, Hæreticis & apoſtatis Judæis factæ erant, nunquam eccleſia publicè approbavit, ſola excepta Theodotionis verſione Danielis, quam certis de cauſis in eccleſijs legi permiſit, adeo ut tres iſtæ verſiones, una cùm 5 & 6 anonymis quas Origenes Hexaplis addidit, jam pænitus extinctæ ſunt, nullæque illarum reliquæ niſi in quibuſdam veterum ſcriptis hodie inveniuntur, Lucianus verò Martyr, & Heſychius, novas nunquam attentarunt verſiones, ſed tantum veterem 70 verſionem à mendis quibuſdam purgatam ediderunt. Quod enim aſſerit Hieronymus præf. in Paralip. de tribus editionibus quæ in varijs Eccleſijs ſingulæ obtinebant, quod Ægyptus ſc. & Alexandria, Heſychij editionem ſequebantur, Conſtantinopolis uſque ad Antiochiam, Luciani Martyris, mediæ verò inter haſce Provinciæ Paleſtinos Codices ab Origene elaboratos & ab Euſebio & Pamphilo evulgatos, quaſi inſignis aliquis eſſet inter haſce editiones differentia,* Hoc pro more ſuo Hyperbolice ſcripſit, nec enim aliquis ex patribus de varietatibus iſtarum editionum alicujus momenti conquæritur, & ut omnes perſpicere poſſunt, patrum qui in varijs iſtis regionibus ſcripſerunt magnus eſt ubique in 70 textus relati-

sum scripsisse constat. Miserum vero effugium est viri cujusdam docti, sc. loca parallela quæ ab Apostolis & Evangelistis adducuntur non ex Græca versione citata fuisse, sed ab Apostolis de novo reddita, prout ipsis visum fuit, ac posteà in omnia Græca exemplaria τῶν ο a scribis vel interpretibus post Apostolorum tempora verbatim transcripta & insulta esse; Hoc ab omni veri specie ita alienum est, ut nominasse apud cordatos omnes est confutasse, seriam enim confutationem non meretur. Quantum vero authoritatis huic versioni vel inde accedit, quod ipsi primi fidei doctores qui infallibilem Sp. S. assistentiam habuerunt, tum in disputationibus cum Judæis testimonia inde petebant, tum in Oraculis sacro sanctis N. Testamenti ex hac versione testimonia Spiritus sancti authoritate sacrata reliquerunt, cum in promptu ipsis esset, si necessarium ipsi judicassent versiones alias in usum ecclesiæ ex fontibus Hebraicis conficere, si tam displicatim de hac translatione judicassent ac neoterici quidam, qui pleno ore convitiantur ipsos 70 eorumque versionem etiam cum in maxima extabat puritate conjiciunt, pio & prudenti lectori judicandum relinquo.

3. *Ecclesiam Græcam & Latinam per 400. annos usque ad Hieronymi tempora hanc versionem solam recepisse, hanc unicam & quæ ex ipsa factæ sunt translationes tum publicè tum privatim usurpasse, hanc patres & scriptores commentariis illustrasse, & ex ijs plures ut summæ authoritatis prædicasse, adeo ut ex August. supra diximus*; Hanc tanquam sola esset recepit Ecclesia, & inter Græcos plerique an alia esset

antiquis multi ita loqui videntur: Interpretes enim non prophetas 70 seniores fuisse ut olim Hieronymus verissimum existimo, ideoque mirum est Joh. Morinum virum alias doctissimum statuere tam Græcam 70 quam vulgatam Latinã divinæ authoritatis esse cùm inter se sæpissime discrepent, & contraria affirment ut in Cronologicis, quæ nullo modo reconciliari possunt, quod & ipse tandem fateri cogitur, nec enim necessarium est ad fidem in populis ingenerandam versionem omnino infallibilem habere, cum de facto constat nullam inter innumeras quæ hodie in Europa extant versiones, esse divinæ & infallibilis authoritatis, fides enim nititur authoritati seu veracitati Dei quæ semper certa & infallibilis, licet media omnia infallibilia non sunt ut loquuntur Scholæ, versiones enim eatenus tantum authoritatem habent, quatenus cùm primis Autographis concordant, sufficientia verò sunt fidei media, cùm omnia ad salutem necessaria continent, sine ullo errore contra fidem & mores. Talem itaq; authoritatẽ in Ecclesia Græca & Latina habuit hæc versio, ut inter omnes primas haberet, quodque nihil fidei vel bonis moribus contrariũ, sed omnia salutaria dogmata in se complectebatur; varietates enim tales sunt, ut quæ necessario credenda sunt non evertant, vel quæ credenda sunt, non doceant, ut optimè Heinsius proleg. in exercit.

4. *Veram & genuinam 70. versionem Origenis*

one consensus. Aliud enim est de vulgaribus loqui exemplaribus quæ plerumque ex scribarum festinatione & lucri desiderio vitiosè scripta erant, aliud de exemplaribus quæ erant in publico ecclesiarum usu, quæ diligenter & accuratè scripta erant & per optimorum exemplarium textum emendata. *Quum autem Hieronymus versionem suam ex Hebræo instituisset, non statim ab ecclesia Latina recepta fuit, sed à multis Episcopis contradictum est, & inter alios S. Augustinus per dioceſim suam publicè legi non permisit, tam altas radices fixerat in omnium animis venerandæ Græcæ versionis æstimatio, imo Ambrosius sæpe Hieronymus scribere coactus est, & profiteri sibi nunquam in mentem venisse Græcæ versioni vel tantillum derogare, quam sacrosanctam agnoscit eamque in Hexaplis puram & incorruptam asservari fatetur, & à se in Latinam versam fuisse antequam Hebraica aggressus est, ut non uno in loco videre licet, sc. Apol. 2. cont. Ruffin. Præm. quæst. in Genes. Epist. ad Suniam & Fretellam, præf. 1. ad lib. Paralip. &c. Imo licet Hieronymi versio à pluribus à vide legebatur, utpote nova, tamen antiquam vulgatam Latinam ex 70. factam statim abolere non potuit, nam Greg. Mag. tempore utraque in usu erat, ut ex ejus scriptis constat, donec tandem ex utraque coaluit hodierna vulgata, ut non tantum protestantum plerique sed & inter Romanæ Ecclesiæ doctiores multi statuunt, ut statim videbimus.*

Non tamen affirmo versionem Græcam unquam divinam habuisse authoritatem, licet ex

antiquis

nim multa variantia ſemper fuerunt ab antiquis notata, uti ex Origenis Epiſt. ad Julium Africanum, tum ex omnibus fere veterum monumentis conſtat, quæ ex triplici fonte emanarunt 1. *ex ſcribarum incuria & negligentia, vel temeritate & audacia.* 2. *Ex ipſorum interpretum hallucinatione circa literas ſimiles, vel voces homonymas, vel forte quòd quædam pauca conſultò aliter ob certas cauſas tranſtulerunt ut quidam arbitrantur, de quo tamen dubitatur.* 3. *Ex exemplarium Hebraicorum varietate, quæ licet in omnibus quæ ad fidem & mores ſpectant conveniebant, in quibuſdam tamen levioribus diſcrepaſſe tempore* 70. *ſeniorum, ſicut poſtea Hieronymi tempore, & tam ante Maſoretharum criticam (cùm multo rigidiores erant Judæi, ad ſuperſtitionem uſque, in codicum ſuarum conſervatione, quam ante Antiochi tempora) quã poſtea, variaſſe, ut et hodie variare Babylonica ab Europæis notum eſt, nullus dubito. Nullũ enim privilegium Judæis pro veteri, præ Chriſtianis pro Novo Teſtamento conceſſum novimus, vel providentiam divinam eorum codicibus magis invigilaſſe quam Chriſtianorum, ut cum multas variantes lectiones in Græcis Codicibus etiam antiquiſſimis occurrunt, Codices Hebræos immunes eſſe credendũ ſit: Quod enim quidã ſuperſtitioſe verentur, ne hoc modo vacillet fides, & de ſalutis doctrina actum ſit niſi eandem ſcribis ἀναμαρτησίαν quam ipſis ſcriptoribus ſacris tribuamus, vanum & frivolum eſt: Cùm enim de facto conſtat lectiones varias inveniri in antiquiſſ. & probatiſſimis codicibus, quod negari à nemi-*

ne

Origenis Hexaplis conſervatam fuiſſe. Hoc præter Eccleſiæ teſtimonium quæ iiſdem exemplaribus publicè in Eccleſijs uſa eſt, quibus Origenes, etiam fatetur ipſe Hieronymus, qui maximè inter veteres huic verſioni minus æquus erat, ut propriam in ejus locum ſurrogaret in Eccleſia Latina; Inter multa quæ ex ipſo afferri poterunt, hoc unicùm initio Epiſt. ad Suniam & Fretellam, ſatis erit. Hoc intereſt (inquit) inter utramque, vulgatam ſc. editionem, & eam quæ in Hexaplis quod κοινὴ pro locis & temporibus & pro voluntate ſcriptorum veterum corrupta editio eſt, ea autem quæ habetur in ἑξαπλοῖς & quã nos vertimus, ipſa eſt quæ in eruditorum libris incorrupta & immaculata 70 Interpretum tranſlatio reſervatur; Quicquid vero ab hac diſcrepat nulli dubium eſt quin ita & ab Hebræorum authoritate diſcordet. *Non dico cùm Morino, verſionem 70, Apoſtolorum tempore cùm Hebræo per omnia concordaſſe, & quod ante Origenem, differentiæ quæ jam conſpiciuntur corruptelæ ſunt quæ Hebræos codices invaſerunt, hoc enim facillime refutatur ex Onkeloſi & Jonath. paraphraſibus quæ omniũ conſenſu circa Chriſti tempora ſcripta erant, & in omnibus fere cùm hodierno codice Hebræo ubi à 70 variat, conveniunt. Nec etiam 70 viralem per omnia cùm Hodierno Hebræo unquam conveniſſe exiſtimo; Loca enim*

sors & conditio est, ita tamen ut eadem translatio dici possit & debeat. 1. Enim versio hæc in Ecclesia Græca publicè semper usurpata erat & ad hunc usque diem retinetur, nec aliam ab ipso nascentis Ecclesiæ primordio unquam habuit, cumque in quotidiano usu semper fuit, in Ecclesijs publicè prælecta, à patribus Græcis commentarijs illustrata, in concionibus populo exposita, & ut Sacrosancta in magna semper erat veneratione, cur non hanc æquè puram conservare poterat Ecclesia Græca, ac Judæi Hebraicum textũ, Romana Ecclesia vulgatam Latinam, Antiochena Syriacam, planè non video, præsertim cùm Ecclesia Græca, nec amplitudine, nec viris sanctitate & eruditione claris, nec Episcoporũ zelo in ritibus moribusque antiquis conservandis Romanæ, vel alijs cesserit, & 70. versionem quæ in publico usu fuit accuratè semper distinguebat ab Aq. Theod. & Symmachi versionibus, quæ quia in publico usu nunquam erant pœnitus evanuerunt. 2. Præterea si conferatur hæc versio cum Hebræa, infinita invenientur loca in quibus desunt quæ in Hebræo habentur, unde constat hanc non eandem esse quam Origines asteriscis suppleverat ex alijs versionibus. 3. Qui Scholia & commentarios ediderunt, ubique fere notant, ubi Aq. Theod. & Sym. &c. aliter ac 70. reddiderunt, imo ipsius Hieronymi Prophetarum versio ubique fere cùm Hodierna consentit. Criteria quædam annotarunt quidam viri antiquitatis studiosi, ex quibus veram 70. versionem quæ Origenis tempore extabat, etiam in quibusdam exemplaribus ad hunc haberi demonstratur, si enim exemplar aliquod careat

ne possit nisi oculos occludat, quam absurdum est ob consequentias fictitias quas quidam sibi imaginantur, negare quòd palam & omnibus notum est, hoc enim est, ac si quis quum solis Eclypsim oculis conspiciat, negaret tamen hoc fieri posse, quia Tabulæ Prutenicæ nullã tali horã futuram prædixerant, licet verò tã ipsorũ qui tales consequentias metuunt interesit quam nostrûm, ad eas respondere, quam dilutum tamen sit argumentum quivis facilè perspicere potest. Quis enim talia argumentantẽ non rideret. In Livij scriptis errata quædam irrepserunt librariorum incuria, ergo vacillat tota Romanæ historiæ fides, vel nihil certi habemus de Cæsare, Pompeio & alijs, vel in Aristoteles & Platonis libris exemplaria in quibusdam variant minutis, ergo nihil certum est in eorum Philosophia. Hoc profecto esset omnem Historiarum fidem de mundo tollere, & libros omnes antiquos ut corruptos abjiciendos statuere. Præterea multò magis invigilavit Divina providentia uti supra diximus in hisce codicibus conservandis, ita ut immunes sunt in omnib⁹ quæ ad fidem & salutem necessaria sunt, & in articulis omnibus fundamentalibus, inter Codices ab Ecclesia receptos Hebræos, Græcos, Syriacos, Latinos, &c. summa est consensio. Serio itaque responso indignos esse vult Heinsius, qui aut variasse olim in quibusdam libros, aut ex ijs minus emendatos codices cùm cura restitutos negant, proleg. in exerc.

5. *Veram 70. versionem quæ in Hexaplis olim extabat hodie extare, & non perijsse, licet in multis scribarum incuria vel injuria temporum vitiatam quod omnium librorum*

sors

positis, transpositis varijs, ut Hebræo textui responderet, adeo ut mixtam & interpolatam versionem confecerunt, quam quidem pro moderni Hebræi Codicis translatione Græca haberi posse concedo, nec non rationes suas fortasse habuisse viros doctos cur hoc fecerunt, at pro vera 70 versione quæ à patribus tantopere celebrata fuit nequaquam esse habendam aperte constat, cum omnium maximè inter editiones quæ hodie extant, ab ea distare ex dictis patet, unde Doctiss. Masius in 21. Ios. affirmat, meram esse inscitiam si quis dicat Complutenses puram 70. interpretum translationem dedisse, nec minori inscitia laborant, qui de 70 sinceritate ex omnimoda cũ Hebræo hodierno vel vulgata Latinâ aliâve versione conformitate pronunciant. Scripsere ex patribus multi commentaria in magnam Bibliorum partem; Chrysostomus, Augustinus & alij, Hieronymus prophetas ex Hexaplis transtulit, scripsit Procopius in Esaiam, ipsumque exemplar descripsit ex Abbatis Apollinarij exemplari, in quo testatur Apollinarius se illud diligenter cum ipsius Origenis Hexaplis in Bibliotheca Cæsariensi, & etiam cum Tetraplis contulisse, & Obelos & Asteriscos in margine notasse. M. SS. vetustissima quadã habuit Doctiss. Masius Syriaca, ante Mille annos scripta, quæ ex Græco exemplari quod ex Hexaplis in eadem Cæsariensi Bibliotheca repositis exscriptum

reat ſupplementis quæ ſub Aſteriſco addebat Origenes ex Hebræo, habeat vero ſententias quas teſtantur veteres obelonotatas ab Origene, quia non erant in Hebræo, tranſpoſitiones etiã habeat verſuum & capitum quorundam quæ teſtantur veteres aliter in 70. quam in Hebræo collocari, ſi denique concordat cum ijs Scripturæ partibus quæ apud veteres reperiuntur, vel in Latinam verſæ vel commentarijs expoſitæ, vel in ſcriptis ſuis citatæ, Hoc exemplar verũ & genuinum eſſe quis negare poterit? Tam ſi quis hæc applicaverit quibuſdam editionibus quæ hodie extant, ſc. Aldinæ quæ Venetijs prodijt An. 1518. aliiſque quæ Aldinam ſequuntur, ſc. Argentoratenſi 1526. Baſileenſi anni 1545 (nam altera 1526. eſt pura puta Complutenſis) & Francofurtenſi, Anno 1597. quæ editiones fere cum Aldina conſentiunt, niſi quòd capita & verſus in quibuſdam ad normam Hebræam repoſita ſunt, & quædam in aliquibus ex Complutenſi interpolata, per nimiam eorum audaciam qui editiones procurarunt, maxime verò cum Romana, quæ ſecundum exemplar Vaticanum M.S. nobiliſſimum, ante Hieronymi tempora ſcriptum, aliaque, elaboratum erat, expertus comperiet hæc ipſa eſſe Hexaplorum apographa, et veriſſima τῶν 70 verſionis quæ ab antiquis celebrata fuit antitypa, paucis ut antea dictum exceptis quæ ſubſtantiam religionis nullo modo ſpectant,

Quod verò ad editionem Græcam quæ in Complutenſi primum, poſtea in Regijs, & nuper in Pariſianis Biblijs extat, attinet, hanc in multis ad Hebræum hodiernum adaptarunt, reſectis, appoſitis

ctis desudatum est, non tamen ex omni parte absolutam esse observarunt viri doctissimi, ita ut fortasse adhuc pumice Critico indigeat: Cumque M. S. habemus versionis 70 quod Alexandrinum vocamus, ex Bibliotheca Regia desumptum, ipso Vaticano nec antiquitate, nec sinceritate cedens, de cujus editione vir doctus Patricius Junius multis abhinc annis cogitavit, ejusque librum unicum Jobi scil. Londini, speciminis ergo, promulgavit, unde magnam per orbem Christianum inter viros doctos expectationem de ejus editione excitavit; De hoc Nobilissimo & Antiquissimo monumento, quod Biblijs nostris adjiciendum duximus aliquid breviter præfari libet. M. S. hoc ex Alexandria secum attulit Cyrillus Lucaris nuper Patriarcha Alexandrinus, cùm ad sedem Patriarchalem Constantinopolitanam promotus esset, tanquam magnum Orientis Thesaurum, illudque Regi nostro qui magnum librorum impressorum suppellectilem eidem Cyrillo misit, per D. Thomam Roe equitem auratum Regis apud Turcarum Imperatorem legatum, dono dedit, quod ut pretiosissimum καὶ ἀήλιον in Bibliotheca sua Regia asservari jussit. Scriptum vero erat ut testatur idem Cyrillus propriâ manu ad initium libri, per S. Theclam prout fama erat apud Alexandrinos, ejusq; Theclæ nomen libro inscriptũ erat, quod jam obliteratũ non conspicitur, licet verò

quod

exſcriptum erat Syriace verſa, de quibus ipſe præf. in Joſuam, quibuſque in Joſuæ editione uſus eſt, citantur quædam ex 70. per Clementem in Celeberrima illa Epiſtola quam edidit Patricius Junius, Jam ſi quis editiones prædictas maximè Romanam cum iſtis contulerit, omnia ſibi in vicem reſpondere pene ad amuſſim reperiet. Dolendum itaque, viros doctos ita affectibus & partium ſtudijs abreptos in veniri, alios quidem ſub prætextu aſſerendæ vulgatæ Latinæ, alios ex oppoſito ſub ſpecie defendendi Hebraicam veritatem, ut in antiquiſſimam & ipſa canicie venerandam hanc 70 verſionem, ſacrum depoſitum ab Apoſtolis Eccleſiæ traditum, quo obſtetricante nata, quo lactante nutrita erat, quo dirigente orbem occupavit, & Chriſto ſubjecit, ita iniqui ſint, ut omni authoritate ſpoliatam tantum non pedibus conculcant, qui nec Judæorum ante Chriſtũ, nec ipſius Domini ac Apoſtolorum, qui ipſam ſæpius uſurparunt, nec primævæ pariæque Eccleſiæ rationem ullam habeant. Habeat ſane Textus Hebræus, prærogativam fontis, habeat etiam vulgata Latina locum ſuum, Græca tamen apud omnes cordatos & moderatos viros, qui de iſtiuſmodi rebus optimè judicare norunt, ſemper in honore erit.

Licet autem editio Romana omnium quæ hactenus extant maxime pura ſit & genuina, in cujus editione per 9. annos à multis viris doctis

mi ſeculi eſſe videatur & ante conſtitutum Eccleſiarum conſenſu Canonem ſcripta, Clementiſque nomen præ ſe ferat, alterius tamen Clementis eſſe antiqui ſudicarunt.

Hujus vero M. S. licet magnus ſit cum Vaticano conſenſus, adeo ut ſe mutuo confirment, omniaque argumenta quæ à Morino proferuntur ad probandam Vaticani ſinceritatem, etiam huic noſtro quadrant, cum tamen illud ex Luciani Martyris, hoc vero ex Heſychij editione multis eſſe videtur, Heſychij enim exemplaria Alexandriæ in uſu publico erant teſte Hieronymo, unde in minutis quibuſdam, varietates quædam occurrunt, præſertim in proprijs nominibus, in quibus frequentior inter exemplaria diſſenſus reperitur; Cumque textum codicis noſtri Alexandrini imprimere eſſet fere actum agere, idem enim fere eſt cum Vaticano, præter dignitatẽ tamen tanti & tam celebris M. S. erat, inter varias aliorum codicum lectiones ad finem cujuſlibet Tomi, vel ad calcem totius operis detrudi, ideo ut uno intuitu iſta duo nobiliſſ. & antiquiſſima exemplaria lectori repræſentarem, Romanum primo in columna peculiari poſuimus, Alexandrinum verò ad finem cujuſlibet columnæ, ubi ſcil. à Romano differt, ut hoc modo lector collationem inter utrumque facere poſſet, lectiones etiam iſtas ex

M. S.

quod de Thecla asserit incertum sit, liber verò eo quod fortasse ad Theclæ Monasterium aliquod pertinebat, ejus nomen inscriptum habuit, & famæ fallaci parum tribuendum, summæ tamen antiquitatis esse multa sunt quæ arguunt, scriptionis sc. modus, magnis enim seu uncialibus literis antiquis in pergameno descriptus est, sine ulla versuum, capitum, vel verborum distinctione, sive ullis accentibus vel aspirationis notis, quæ à Grammaticis forte tunc nondum inventa erant, adeo ut unum quasi verbum continuatũ videri posset, quale de antiquis Bibliorũ codicibus Hebraicis, longe ante Masorethas testantur quidam ex Rabbinis, & de Pindari aliorumque poetarum Græcorum poematis affirmant alij, sectiones tamen quasdam habet, & in 5. libris sc. Job. Psalm. Eccles. Proverb. & Cantic. ut apud antiquos, in στιχους quosdam partitum est, ut ex libro Job à D. Junio evulgato videre licet.

In N.T. præter dicta, alia sunt quæ summam antiquitatem spirant, de quibus alibi, ad finem vero libri, annexæ sunt Epistolæ duæ, una integra & genuina sine dubio, sc. celeberrima illa apud antiquos Clementis Romani S. Pauli discipuli ad Corinthios, quæ post sacras literas maximæ erat authoritatis, & in Ecclesijs quibusdam publicè legebatur, quam cum supra mille annos intermortua jacebat, magno Ecclesiæ commodo Typis evulgavit idem D. Junius cum versione Latina, & notis ad calcem doctissimis, altera vero lacera & imperfecta, ad eodem tamen publici juris facta, quæ licet D. Grotio primi

quiæ (exceptis Psalmorum libro aliisque paucis) ullibi repertæ sunt, nisi quæ in patrum Latinorum aliorumque commentariis & scriptis hic illic dispersæ erant. Ut igitur una cum Græco Textu etiam ipsa antiqua Versio Latina a mortuis resuscitaretur, rem magnam & laude dignissimam aggressus est Flaminius Nobilius, vir doctiss. & in antiquis patrum ac Ecclesiæ monumentis multum versatus, ut hanc veterem Latinam translationem redivivam sisteret, Primo enim versionem Latinam non ex ingenio suo composuit, sed ex omnibus patrum aliorumque Latinorum veterum monumentis, collectis quæ ab iisdem translatæ vel citatæ erant scripturæ particulis, & in unum corpus digestis, Herculeo plane labore contexuit. Quæ vero ex Patrum scriptis supplere non poterat (quæ pauca erant) proprio marte addidit, ita tamen ut antiquæ versionis stylum & simplicitatem exprimeret, nec solùm Latinam versionem redintegravit, sed etiam thesaurum instructissimum, notarum & variarum lectionũ ex patribus tam Græcis quam Latinis aliisque M.SS. moderniſque 70. editionibus, etiã Complutensi, quibus tã Græca quã Latina versio confirmata est, immensis studijs & vigilijs compilavit, adeo ut tã Græca quam Latina versio, quæ per mille annos in Occidentali Ecclesia ferè intermortua jacebat, non quidem ausim cum Morino dicere, ab omnibus erroribus

&

M. S. Alex. posuimus, sine ulla mutatione præter accentum appositionem (nisi manifestus erat librarii error) ut in ipso M.S. reperiuntur, licet quædam sunt istius sæculi propria, quæ à Grammaticorum nostrorum regulis discrepant, & à nasutulis quibusdam fortasse inter errata Typogr. reponentur, ut cῦ pro αι scribunt (ε) ut παιδίον pro πεδίον, ἀρεμιζὸν pro ἀρεζὸν, & è contra (ε) pro αι ut φὺλαξε pro φύλαξαι, sic ε) simplex pro ει diphthongo ponitur, ut λέψει pro λείψει, μ pro ν, ut ἐμμεσῳ pro ἐν μέσῳ, μ sæpe interponitur præsertim in descendentibus a λαμβάνω, ut λέμψομαι pro λέψομαι, ν duplex pro simplici, in verbis a βαίνω, ut διαβέννετε pro διαβένετε, aliaque ejusmodi, quæ quia summæ antiquitatis indicia sunt, & non ex Scribæ errore fortuito orta, sed constanter pro totum librum reperta & sæculi istius in pronunciando & scribendo modum indicant, religio nobis erat mutare.

Quod ad Latinas 70 Versiones attinet, licet multæ erant ut testatur Augustinus, nec earum ulla parem cum Græca authoritatem unquam habuit, una tamen erat cæteris celebrior quæ ab Augustino Itala, à Hieronymo Vulgata, a Greg. vetus dicebatur, quamque Hieron. ipse ad Græcam quæ in Hexaplis sincera erat castigavit, quæ post evulgatam Hieronym. novam versionem ex Hebræo, vel cum eadem coaluit, vel fere perijt, adeo ut nullæ ejus reli-

quiæ

tum Vaticanus, tum Alexandrinus in multis illustrantur. Annotata vero quæ in Græca editione Romana erant, negleximus, quia omnia fere in Nobilij notis repetuntur, quæ vero deerant, vel Latinè tantum à Nobilio citata erant, appositis Græcorum patrum verbis supplevimus; Præter has etiam, annotationes alias ex varijs M.SS. antiquissimis, & veterum monumentis, quarum quædam ex duobus M.SS. in Bibliotheca Oxoniensi Arabicis aliæ ex M.S. quodam Vaticano excerptæ, una cum observationibus in multa loca a Nobilio prætermissa, virorum doctorum summa industria collectas lectori non invidemus; versuum etiam distinctionem ut in editione ℣ 70 *Parisiana sequuti sumus, ubi in versuum transpositionibus, numerus uncis inclusus juxta vulgatã latinam retinetur, nisi in ultimis quibusdam Exodi capitibus aliis vè locis, ubi ita transposita sunt omnia, ut versuum distinctio juxta Hebraici, vel Vulgatæ Latinæ formam fieri non potuit sine Græci textus dilaceratione. Quæ quidem transpositiones cum in Græcis codicibus semper fuisse, tum ex veterum scriptis tum ex antiquiss. M.SS. constet, idcirco loco movere vel transponere, ut cum Hebræo, vel Vulg. Lat. congruerent, sicut in quibusdam aliis editionibus post Aldinam, temerè ne dicam sacrilegè factum est, mihi piaculum videtur, & contra dictum Sapientis, de non mu-*

& mendis pura & perfecta, maxima tamen ex parte nitori & pristinæ integritati restituta exhibentur.

Cumq; uti diximus Græca illa quæ in Complut. Regijs & Parisiensibus Biblijs extat versio, omnium maximè à primæva distat, ut quæ pro arbitrio propalantium mutata & interpolata, Latina etiam eidem apposita sit plane nova, nec veterem Latinam ullo modo referat, nobis autem propositum sit non novas versiones cudere sed antiquas quantum fieri poterit nativa sua forma exprimere, judicium de singulis lectori pio & docto relinquentes, rejecta plane mixta illa Complutensium, quam tamen ubi à reliquis differt, inter varias lectiones lector inveniet, rem gratam omnibus antiquitatis studiosis totique Ecclesiæ futuram existimavi, Græcam illum Romanæ editionis versionem & antiquam Latinam, una cum exemplari nostro Alexandrino, quæ omniũ quæ hodie extant ad veram & genuinam τῶν 70 versionẽ proximè accedunt, cum reliquis antiquis versionibus in hisce Biblijs imprimere. In varijs lectionibus quæ per literas Alphab. in versione Latina indicantur, à Nobilio collectis, lectori exhibentur multa ex codicibus M. SS. antiquissimis, commentariis, Scholijs, alijsque Græcorum scriptis, & fragmentis aliarum translationum collecta, una cum asteriscis & obelis qui ab antiquis notati erat, quibus textus

tum

cerpſit. Hæc nominaſſe hoc loco ſufficit, de quibus alibi.

Reſtat ut quædam de Latina vulgata, breviter dicamus, quam, inter antiquas verſiones referendam, ut quæ à Greg. Magni tempore per mille annos fere ſola in Eccleſia Latina in uſu erat, non eſt quod dubitemus, licet de ejus authore, & de tempore quo in Eccleſiam introducta fuit, deque ejus authoritate, & ſinceritate, præſertim ex quo per Tridentinum ſtabilita eſt, inter doctos acriter decertatum ſit.

De verſione Latina 70. Interp. quæ vulgatæ nomen ante Hieronymi tempora obtinuerat, quædam ſupra diximus, Hanc ſe emendaſſe fatetur Hieronymus lib. 2. contra Ruff. poſtea verſionem novam ex Hebræo feciſſe, hortatu Damaſi Papæ eſt extra controverſiam, Pſalmi vero quia in templis aſſiduè decantati, ſine populi offenſione mutari non poterant, ut antea relicti. (licet enim Pſalmos etiam ex Hebræo verterat, nunquam tamen erant in publico uſu Eccleſiæ) Huic verſioni licet Epiſcoporum multi antiquam prætulerunt, authoritate tamen Damaſi qua ſuffultus erat in hac controverſia Hieronymus, à multis in Eccleſiis publicè uſurpata fuit, unde utramque publicè in Eccleſia lectam fuiſſe uſque ad Greg. Mag. tempora ex ſcriptis ejus clariſſimè conſtat, ex Epiſt. ſc. ad Leandrum præfixa libro Moralium, & lib. 20. Moral. cap. 23, ubi ita loquitur. Quia ſedes Apoſtolica cui authore Deo præſideo utraque utitur, mei quoque labor ſtudij ex utraque fulcietur. Licet autem utraque utebatur, Hieronymi tamen verſionem

tando terminos quos posuere majores nostri, in quo etiam alicubi præcuntes habemus Parisienses, in Arab. versione Jeremiæ, ubi cum magna sit capitum transpositio à cap. 25. ad finem Libri, juxta 70. ex quibus facta est ista versio, ordinem tamen non mutarunt, licet cum alijs versionibus per columnas non congruat, sed lectorem monent de hac transpositione quam juxta exemplar suum Arabicum sequuntur, ad finem istius Prophetiæ. Monendus etiam est lector ubi in Græca nostrorum Bibliorum versione asteriscus conspicitur, aliquid inter annotationes ad finem libri observari ex M.S. Alexandrino quod ad finẽ columnæ inter varias lectiones rejici commodè non poterat.

De N.Testamenti textu Græco, hæc pauca annectam; Cum summopere laborarunt multi de genuina ejus editione, idcirco juxta emendatissimas editiones illum dabimus, unà cùm versione Latina interlineari Ariæ Montani, ut sic tyrones tota Biblia interlinearia habere possint. Varias verò lectiones adjiciemus cùm annotatis tam ex præstantissimis illorum qui in hisce laborarunt notis & commentariis, Erasmi, Stephani, Bezæ, Lucæ Brugensis, Casauboni, H. Grotij & aliorũ, quã ex antiquiss. & optimis M. SS. sc. Alexandrino nostro, Lugdunensi & Claremontano quibus usus est Beza (qui postea Lugdunense Acad. Cantabrig. donavit) aliisque quæ Oxonij in Novi Collegij, Magdalenensis & Lincolniensis Bibliothecis servantur, quæ ut etiã Bezæ Lugdunense multis abhinc annis cum exemplari impresso conferri curavit Reverendiss. Armachanus, omnesque variantes lectiones excerpsit.

ac turpem redderet eccleſiæ faciem dum in Divinis laudibus cæteriſque ſacris officiis alij aliam legendo, pſallendo, concionando, tractando, conſectarentur, ne ex hac parte penè diviſa ſchiſmate eccleſia videretur, divino afflante Numine proviſũ eſt optimeque conſultum, ut ad eccleſiaſticum communem uſum una ex duabus quæ uſui omnibus eſſet Eccleſiis conflaretur, quæ Communis omnibus atq; Vulgata uno nomine à cunctis dicebatur, exploſa Veteris &Novæ nomenclatura. Reſque evenit ex ſententia, ut eam unam occidentali Eccleſia recipiente, omnis mox ceſſaverit controverſia, *&c.* Licet alicui Eccleſiæ veneratæ antiquitatis ergo, permiſſum fuerit veterem illam 70. in pſallendo uti editione, cum alioqui eadem, ſed à Hieronymo emendata reliquæ omnes utantur Eccleſiæ. *Sic Baronius, cui ſubjungere libet verba præfationis Bibliorum quæ edidit Clem.*8. *Textus Latinus* ex Hieronymi tranſlatione vel emendatione ſuſceptus, partim retentus ex antiqua verſione Latina, quam S.Hierony.communem & vulgatum, S. Auguſtinus Italam,S. Gregorius, Veterem tranſlationem appellat, *Ex Hiſce teſtimonijs clariſſime conſtat vulgatã Latinam non eſſe puram Hierony.ſed mixtam.*

Quod ad N.Teſtamentum attinet,illud tantum emendavit Hieronymus, non de novo tranſtulit,ſic enim ipſe,libro de ſcriptoribus Eccleſia-

præferebat ut alibi ipse declarat, Et post Gregoriũ, licet quo anno incertum sit, ea quæ nunc vulgata dicitur, ex utrisque conflata ut videtur, paulatim tacitoque consensu invaluit. Nam quod acriter contendunt quidam hanc esse ipsius Hieronymi, duplici argumento ut mihi videtur refutari possunt, tum quod Hieronymi versio Hebræo exacte conformis erat, ut fatentur Sixtus Senensis & alij, quod de vulgata hodierna dici non potest, tum quod Hieronymum aliter ex Hebræo transtulisse quam nunc in Vulgata Latina legitur ex locis innumeris inter ejus opera constat, ut observarunt multi inter ipsos Romanenses viri docti, ut Villapandus, Pradus, Bonfrerius & alij, & fatetur ipse Morinus exercitat. 3. lib. 1. cap. 1. Unde non tantum Protestantium plerique, sed & Ecclesiæ Romanæ multi, puram Hieronymi versionẽ esse negant, sed ex antiqua vulgata & Hieronymi nova mixtam, sic enim Driedo. Sixt. Senensis, Pagninus, Erasmus. Lindanus, Azorius. Simon de Muis. Theologi Duacenses præf. in V. Test. Cardinalis Baronius & præfatio Bibliorũ Clem. 8. aliique multi. Verba Baronii referam, ad annum Christi 231. Sect. 47.

Accidit Gregorii tempore (quo vero potissimum anno quove auctore incertum remanet) ut quoniam duæ Vulgatæ versiones Vetus & Nova, dissentionum & contentionum ministrarent occasionem, in diversa studia fideles ea in re distraherentur, cum alij veterem, novam alij sequerentur --- esset que ea diversitas veluti seminarium jurgiorum

*videtur asserere) & post sanctionem Concilii Tridentini, in omnibus puram, nullaque menda vel errori obnoxiam esse, unde Congregatio Cardinalium sub Greg.*13. omnia ad syllabam quæ in vulgata sunt probat, & recipiēda declarat. *Hoc tamen à doctioribus inter ipsos Romanenses meritò in quæstionem vocatur, qui declarationem istam suspectā habent. vide, D'Espeires disp.*3, *de vulg. Lat. dub.*4. *statuuntque tam ante Concilium quam postea errores irrepsisse, & in quibusdam casibus per Hebræos & Græcos codices, vulgatam V. & N. Test. corrigi deberi, hocque tantum tenendum esse, In vulgata* non esse errores contra fidem & mores, *sic enim Concilii mentem explicant qui eidem interfuerunt Andr. Vega, Cardinalis S. crucit qui postea Marcellus secundus, & Johannes Mariana cum aliis; imo* errores quosdam adhuc esse tum Typographi tunc interpretis *affirmant ijdem, quibus Sixtum Senens. Canum. Salmeronem. Dominicum Bannes, Card. Bellarminum, Simonem de Muis aliosque adjungere licet, Idemque patet ex variarum lectionum Catalogo quæ in vulgata repertæ quarum aliquot millia collegit Lucas Brugensis, pluraque superesse constat ex Epistola Bellarm. ad eundem, ubi inter alia, hæc habet.* de libello ad me missō gratias ago, sed scias velim Biblia vulgata non esse a nobis accuratissimè castigata, multa enim de industria justis de causis pertransivimus quæ correctione indigere videntur. *Unde infert L. Brugensis & Bellarminum unum fuisse ex correctoribus*

ficis. Vetus sc. Testamentum juxta Hebraicum transtuli, Novum Græcæ fidei reddidi, & *Præf. ad Evangelistas*; Codicum Græcorum emendata collatione, sed veterum, quæ ne multum, à lectionis Latinæ consuetudine discreparent ita calamum temperavimus, ut his tantum quæ sensum videbantur mutare correctis reliqua manere pateremur ut fuerant.

Antiquissimam itaque esse hanc versionem dubitari vix potest, nam cum plures erant versiones Latinæ, hæc tamen quæ reliquis ita eminebat ut Hieronymi tempore, Vulgatæ & Veteris *nomen adepta sit, primam omniũ Latinarum fuisse, veri simile est, & cum Ecclesia Latina sine Latina translatione esse non poterat, ante hanc vero nulla extat alicujus apud antiquos memoria, ab initio nascẽtis Ecclesiæ factã fuisse valde probabile est, ne dicam cum Baronio, Bonfrerio, Serrario & aliis ab aliquo Apostolorum Discipulo factam, & ab ipsis Apostolis visam & approbatam.*

Quod autem alicubi barbarismum sapere videtur, non mirandũ si auribus delicatulis non semper arrideat. Cum ut optime loquitur S. August. Verba cœlestis oraculi, non sunt restringenda ad regulas Donati, meliusque est ut nos reprehendant Grammatici, quam ut non intelligant populi.

Authoritatem quod attinet, à quibusdam summæ esse authoritatis statuitur, imo afflatu Sp. Sancti factam, ut in exercitationibus Morinus, (qui tamen Diatr. part. 2. Sec. 2. contrarium videtur

præferendam fatetur, *præf in N.T. anni 1559. ubi Eraſmum reprehendit,* eo quod veterem interpretem rejicit, quia à Græcis diſſentiebat, cum emendatius exemplar ſecutus eſſe videatur, *Videatur idem Luc. 2. 33. Marc. 14. 36. & 3. 5. & alibi. Doctiſſimus P. Fagius. in Gen. 4. Chald. Paraph. iis qui ubi vulgatam non ad literam per omnia Textui Hebræo reſpondere vident, illã exibilant, damnant, &c. ita loquitur,* Non attendunt, quid vel quem ſecutus fuerit vulgatus author cum enim à veritate Heb. diſſentire videtur, vel Sept. vel Paraph. Chald. vel aliquem ex Rabbinis ſequutum fuiſſe fere ſemper deprehendo. Non eſt ergo temere nata vulgata editio, ut quidam ſcioli ſtutè & impudentèr clamitant. *Lud. de Dieu præf. animadv. in 4. Evang.* authorem vulgatæ doctiſſimum eſſe judicat, ejuſque fidem & judicium admiratur. *Iſ. Caſaubonus,* differentias Vulgatæ à Græco non ſemper in Vulgatæ depravationem vel interpretis errorem refert, ſed in Græcos codices quibus uſus eſt interpres Latinus, à quibus variant hodierni, quoſque ſæpe hodiernis præfert, *vide Matth. 11. 21, 22. & 15. 39. & 21. 7. Joh. 12. 40. & 18. 1. Act. 3. 24. & 12. 8. &c. Et quidem de M.S. noſtro Alexand. obſervatum eſt, quod cum à Vaticano Codice differt, ſæpiſſime cum vulgata Latina congruit. Agmen claudat Doctiſſ. H. Grotius præf. in annot. in Bibl. qui fatetur ſe vulgatum Latinum interpretem,* ſemper plurimi fe-

ribus & posse aliquando fieri ut accuratior castigatio exhibeatur. Imo in ipsa præf. Bibl. Vulg. dicunt, quod in hac vulgata editione, Sicut nonnulla consulto mutata, ita alia quæ mutanda videbantur immutata relicta sunt, quod ita faciendũ esse tum ad offensionẽ populorũ vitandũ S. Hieronymus non semel admonuit, tum quod facile credendũ sit ut majores nostri qui ex Hebræis & Græcis Latina fecerunt, copiam meliorum & emendatiorum librorum habuerant quam ij qui post illorum ætatem ad nos pervenerunt, &c. *Biblia etiam edidit correcta Sixtus 5. post Concilium, quæ ab omnibus recipi per Bullam imperavit, omnemq; alterationem prohibet, & in præf. testatur se quo magis in corrupte res perficeretur,* sua ipsius manu correxisse si quæ prælo vitia obrepserant, *Vide Aug. de Roccha Biblioth. Vatic, p. 229. tamen vix exacto biennio Clem. 8. Correctiora Biblia edidit, nova Bulla præfixa, ubi non modo errata Typog. emendata, ut volunt Tyrinus et alii sed multæ aliæ reperiuntur differentiæ in locis de industria mutatis, ut notarunt Six. Amama Antibarb. Bibl. p. 221. aliique plures.*

Vulgatam itaq; non esse ex omni parte perfectã ex ipsis Romanæ Ecclesiæ doctoribus constat, magni tamen faciendam nec temere rèjiciendam, imo si fortasse cum Hebræo vel Græco non conveniat, non statim erroris damnandam sed antiqua exemplaria consulenda quibuscum sæpe convenit, statuunt viri inter Protestantes Doctissimi, Theod. Beza, omnibus cæteris latinis versionibus præferendam

fium, Cronologia brevi, indicibus neceſſariis, aliiſque, de quibus plura dicere chartarum anguſtia non permittit.

Ante omnia etiam, poſt Præfationem generalem in qua totius inſtituti operis, & omnium quæ in ipſo occurrunt, lectori ratio reddenda eſt, grataque eorum memoria recolenda, quorum ſumptibus & auxiliis opus aggreſſum eſt, particulares etiam quaſdam præfationes ad verſiones quaſdam ſpectantes, Prolegomena & Apparatum, Tabulas etiam quaſdam Geographicas cum figuris eorum quæ ad Tabernaculi Templique ſtructuram & cultum, & ad Aaronicum veſtitū ſpectant, aliaque hujuſmodi, exprimenda, curabimus.

Hæcque ſit brevis totius operis adumbratio, quod ad Dei O. M. gloriam, Eccleſiæ bonum, omniumque ſtudioſorum præſertim Theologiæ & Linguarum, commodum, favente clementia divina, quanta fieri poterit diligentia, promulgabimus.

Armenorum & Coptorum verſiones uti ſupra diximus promittere non audemus, quia tamen ad linguarum iſtarum lectionem quædam in hoc opuſculo exhibentur, de ipſis linguis, et verſionibus ſcripturæ quæ in eis habentur pauca adjicere non inutile judicamus.

Armeniam ab Hebræorum מני meni, *vel* Minni *derivari, regione ſc. quam cum Ararat ubi arca Noæ requievit conjungit Jeremias, cap.* 51. 27. *ubi de Babylone loquens,* Convocate (*inquit*) contra eum Regna Ararat Minni & Aſcenaz. *probabile facit Chaldæus interpres, qui pro* מני *habet* הרמני *Armeniam, tum hoc loco*

ciſſe non modo quod nulla dogmata inſalubria continet, ſed etiam quod multum in ſe habeat eruditionis, quanquam in dicendi genere ſatis horridus. *Teſtes plures adferre ſupervacaneum erit, ex hiſce enim ratio reddi poteſt cur vulgatam Latinam inter reliquas antiquas verſiones retinemus in Bibliis noſtris, cæteris hujus ævi Latinis omiſſis, quæ ut Auguſtinus de Latinis ſui temporis, numerari vix poſſunt; Omnes enim ex uno exemplari, Hebræo ſc. hodierno. Teſt. Vet. & Græco impreſſo N. Teſt. facta ſunt, ideoque unum tantum exemplar referunt, quod cum hic exhibetur, ſuperfluum plane erit pluribus verſionibus recentibus paginã onerare.*

Latinam itaque verſionẽ ſecundum exemplaria à Sixto. 5. & Clem. 8. recognita & emendata exhibemus unacũ correctionibus Romanis Lucæ Brug. nam in hoc excuſari non poſſunt Pariſienſes, quod verſionem vulgatam non emendatam ſed innumeris mendis ſcatentem ſecuti ſint, contra Concilii Tridentini & Pontificum duorum quorum authoritatem ipſi agnoſcunt, quibuſque ipſis parere æquum erat, decreta.

Præter haſce verſiones, & variantes ſingularum lectiones cum annotationibus, alia multa non inutilia adjicere proponimus, ex libro valde docto Lucæ Brugenſis de variantibus ſcripturæ locis, Scholaſte Syro, Lud. de Dieu de verſionibus Syriaca, Arabica, vulgata, & Æthiopica, inter ſe & cum Bezæ & Eraſmi verſionibus collatis, D. Pocockio, Capello, Buxtorfio, aliiſque viris doctis, una cum quibuſdam de Maſora, ejus Clave, & Caſtigatione per eundem Buxtorfium,

erexerunt quos Catholicos vocant, unum in Armenia majori, alterum in minori, qui sub se multos habent Episcopos, utriusque vero jurisdictionem terminat fluens intermedius Euphrates. Constantinopolitanæ etiam Ecclesiæ non tantum jurisdictionem sed & communionem abjecerunt, recepta Eutychis Hæresi cum Jacobitis in Syria, cui tamen hodie renunciasse videntur, ut ex eorum confessione Patriarchæ Constantinopolitanæ missa constat, In Liturgijs vero & ceremoniis præ omnibus Orientis sectis Ecclesiæ Latinæ propius accedunt, cui etiam reconciliati erant unâ cum Græcis in Concilio Florentino, ut ex actis Concilii patet. Ex omnibus etiam Christianis sub imperio Turcico, indultis & privilegiis maximis fruuntur, vi diplomatis sub ipsa Muhammedis manu ipsis olim concessi, ut ipsi asserunt.

Ut verò ad ipsorum Linguam revertamur, quicquid de characteribus antiquis disputant certum est hodiernos multum a Syriacis differre, quos a Chrysostomo inventos fuisse ex monumentis Bibliothecæ Vaticanæ affirmat Angelus de Roccha. p. 157. Eundemque scripturam totam in Linguam Armenam transtulisse, eamque versionem hodie apud ipsos in usu esse, quam post exilium ejus a Constantinopoli confecit, cum in Armeniam Imperatoris decreto, teste Sozomeno Hist. l. 8. c. 22. relegatus esset, ubi etiam vitam finivit, ex Historia

Georgii

cō tum *Mich.* 7. 12. *Armeniæ vero quæ jam ſub Turcarum imperio eſt, duæ ſunt partes, Major, trās Euphratē, quæ hodie Turcomania, & Minor quæ cis Euphratē, et Carminia à Turcis vocatur.*

Stephanus vult Armenos eſſe Phryges genere, eorumque linguam in multis imitari, Strabo vero probabilius. τὸ τῶν Αρμενίων ἔθνος, καὶ τὸ τῶν Σύρων, καὶ τῶν Αράβων, πολλὴν ὁμοφυλίαν ἐμφάνειν, κατά τε τὴν διάλεκτον, καὶ τὰς βίους, καὶ τὰς τῶν σωμάτων χαρακτῆρας, καὶ μάλιστα καθὸ πλησιόχωροι εἰσι. Armenorum gentem, ut & Syrorum & Arabum multum præ ſe ferre cognationis, dialecto, vita, & corporum forma, maximè cum vicini ſunt. *Arabes enim Meſopotamiam penetrarunt & Armeniæ vicina loca, & partim ex Syris, & partim ex Phrygibus Armenos coaluiſſe veriſimile eſt, & ex gentium iſtarum lingua tertiam conflatam eſſe. Syriace olim ſcripſiſſe Armenos videtur colligi poſſe ex Polyæni lib.* 4. *ubi de Eumene dicitur quod* Ἐπιστολὴν προσήνεγκεν παρὰ Ὀρόντου σατράπου τῆς ἀρμενίας γεγραμμένην Σύριοις γράμμασι. Epiſtolam protulit quaſi ab Oronte Armeniæ ſatrapa Syriacis literis conſcriptam. *Unde colligere eſt Syriæ & Armenis propter viciniam linguæ communes literas fuiſſe.*

Poſtquam fidem Chriſti recipiſſent, Patriarchæ Conſtantinopolitanæ ſubditi erant, cum vero Muhammedana impietas Orientem invaſit, & Saracenorum victoriæ Eccleſiarum ordinem & ſubordinationem Epiſcoporum quâ ſibi invicem connexi erant dirupiſſent, Armeni ſe ab ejus juriſdictione ſubduxerunt, & Patriarchos duos ſibi

erexerunt

à pleriſque ſtatutum ſit, & cum nulla alia affinitatem habere, quantum ex idiotiſmo conjugatione, & inflexione verborum colligere licet, Literas tamen hodiernas Coptas a Græcis derivatas eſſe (ut & Græcas a Phœnicibus per Cadmum omnibus notum eſt) a ſingularum figuris & nominibus in alphabeto videre licet, Cum enim multæ Græcorum coloniæ in Ægyptum migraſſent, præſertim poſt Alexandr. magnum, & temporibus Ptolomæorum Græcorum qui per 300 annos in Ægypto regnarunt, dubitari non poteſt linguam Græcam per Ægyptum multum propagatam fuiſſe. Imo ante Alexandrum, Pſammeticum Ægypti Regem memorat Herodotus in Euterpe. 30 Græcorum millia, Jones ſc. & Cares in Ægyptum admiſiſſe, & pueros Ægyptos ipſis inſtituendos tradidiſſe. Ἀπὸ δὲ τούτων ἐκμαθόντων τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν, οἱ νῦν ἑρμηνέες ἐν Αἰγύπτῳ γεγόνασι. Et ab his linguam Græcam edoctis, ortos qui nunc in Ægypto interpretes, *ut idem Herodotus. Poſt Ptolomæos etiam altas radices egit in Ægypto Græca lingua, adeo ut Coptorum dialectus hodie multo plura habeat Græca vocabula quam Ægyptica.*

Cauſam ſtatuunt duplicem mutationis antiquæ linguæ Coptæ ſeu Ægyptiacæ, prima fuit Cambyſis tyrannis qui Ægyptum ſubjugavit & omnia literarum monumenta delere conatus

eſt

Georgii Patriarchæ Alexandriæ quam scripsit de vita Chrysostomi, probat Sixtus Senensis in Bibliotheca sancta. lib. 4. Certe Theodoretus qui prope Chrysostomi tempus vixit, (floruit enim circa annum 440) affirmat S. Scripturas suo tempore in linguam Armenam versas fuisse licet de versionis authore fileat, lib. de curandis Græc. affect. post med. Totam etiam scripturam Armeniace versam hodie in Bibliotheca Vaticana extare testatur Kircherus prod. Copt. cap. 5. p. 129. &c. etiam in Bibliothecis privatis quorundam virorum doctorum eadem versio habetur, qui ut spero, Exemplaria sua communicare non gravabuntur. In Bibliotheca Oxoniensi asservantur Psalterij Armenorum exemplaria tria antiqua, tribus voluminibus descripta, a se invicem discrepantia, quæ a viro docto collata fuerunt, sed inter bellicos nostros tumultus notæ ejus perierunt.

Linguam Coptam Hodiernam ex antiqua Ægyptiaca et Græca mixtam esse, & a Copto olim in Ægypto Urbe celeberrima & Thebaidos Metropoli sic dictam inter doctos constat. Quod enim Kircherus in prodromo Coptico linguam Græcam ab Ægypta seu Copta fluxisse asserit non eget refutatione, cum ipse a viris doctis monitus, & rei evidentia convictus errorem hunc retraxit, Linguæ Ægyptiacæ restitutæ. pag. 507. Quamquam vero Ægyptiacam linguam unam esse ex matricibus αὐτογέναις

à plerisque

Græcam, nec quæ jam cum Alcorano invaluit Arabicam, in Liturgiis & ſacris uſurpavit, partim ob ſummum erga propriam linguam affectum, partim ut hoc modo ab Orientalibus cæteris diſcrimina retur, & ut fidei myſteria ab infidelibus abſcondita eſſent ut Syri Maronitæ charactere ſuo fecerunt. In hac etiam ſcriptos habent omnes ſcripturæ libros, cum quatuor primis Conciliis, aliiſq; multis, quibus conſtat quod in ſacris peragendis, & librorum ſacrorum numero ab Eccleſia Latina parum differunt. Quantũ vero ad Vet. Teſt. intelligentiã confert hujus Linguæ cognitio, vel inde liquet, quod licet multum differunt Ægyptiaca & Hebræa unde illud, Pſal. 81. 6. Cum exiret contra terram Ægypti ubi ſermonem ignotum audiebam, *Et Joſephus Ægyptium ſe ſimulans fratres per interpretem alloquebatur. Gen 42. 23. tamen cum Judæis vicini erant Ægyptii & per multos annos vixerunt in Ægypto Jacobi poſteri, fieri vix potuit quin Hebræorum & Ægyptiorum ſermo multa haberet communia, & ut voces invicem commutarent, quæ ſine utriuſque cognitione explicari vix poſſunt.*

Exempla multa habemus in ſcripturis, ut celebre illud Joſephi nomen צפנת פענח Tſaphnath Paanach *Gen. 41. 45.* Ψονθὸμ *aut* Ψομφάν *Act. 7. 43.* כנה Channa *Pſ. 80. 16 aliaque multa a viris doctis annotata merè Ægyptiaca, in quorum explicatione hactenu*

fruſtra

est, altera Græcorum imperium, qui tum ipsorum tum aliorum linguas in Ægyptum (more victorum) introduxerunt, quibus & tertia addi potest, celeberrimæ totius orbis Bibliothecæ Alexandrinæ, tempore Julii Cæsaris incendium, quo ut omnium nationum monumenta antiqua, & totius sapientiæ veterum scrinia sacra, (omnes enim quæ tum extabant libri. M. S. per totum orbem terrarum a Ptolomæo Philadelpho qui nullis sumptibus parcebat, in unum collecti & ibi repositi erant, & inter reliquos famosissimæ illius omniumque primæ versionis Græcæ 70 seniorum ἀυτόχειρον) ita innumera exemplaria Coptica, priscæ sapientiæ Ægyptiorum, & linguæ ipsorum certissima monumenta, damno rei literariæ maximo, conflagratione perierunt. Libros tamen habent Copti in omni facultate hac lingua scriptos, ut ex Coptorum Onomastico apud Kircherum patet, quorum ope multa obscurissima antiquitatis mysteria, præsertim in Hieroglyphicis obeliscorum notis abdita explicantur, Imo in lingua Ægyptiaca magni illius & vetustissimi scriptoris Trismegisti famosa volumina supra tria millia, vel potius totidem versus (non enim supra 42 libros numerat Clem. Alexandr. qui catalogum horum librorum accurate instituit Stromatum lib. 6.) scripta erant.

Utilitas etiam hujus linguæ vel inde patet, quod hanc antiquiss. Ægypt. Ecclesia, non

Græcam

Vaticano tum in aliis Romæ Bibliothecis præsertim Colleg. Maronit. habentur, ex quibus cum M.S S. Coptis quæ abeodem enumerantur in supplemento, cap. 1. p. 511. &c. quæque in celebrioribus Ægypti Bibliothecis, maxime Cairi supersunt, maximam utilitatem, præsertim ex Thesauro Copt-Arab-Latino, quem typis mandavit, non tantum S. literarum & Theologiæ studiosis, sed & omnibus Literatis, Medicis scilicet, Astronomis, Philosophis, Mathematicis, maxime antiquitatum studiosis orituram, fuse idem ostendit. Catalogumque Patriarcharum, Alexandrinorum qui Ægypti, Æthiopum, omniumque per Africam Ecclesiarum gubernaculum tenebant, a S. Marco primo Patriarcha, ad hunc usque diem ex eorum monumentis recenset.

M.S. etiam Copticum vetustissimum in Bibliotheca Oratoriana Parisiis extare, complectens 4. Evangelia Lingua Copta scriptum sine ulla versuum vel dictionum distinctione (quod magnum est antiquitatis argumentum) testatur Joh. Morinus, exercit. Bibl. lib. 1. exercit. 6. cap. 22. p. 197.

Quo vero tempore factæ sunt istæ scripturæ translationes, ex Martyrologio Copt. Arabico in Collegio Maronitarum, conjicit Kircherus, fuisse sc. annis abhinc mille circiter & trecentis, circa tempora concilii Nicæni, quo tempore ut testantur Historici studium sacrarum

frustra sudarunt interpretes, ex linguæ vero Ægyptiacæ quæ hactenus servantur ruderis multum lucis emersit. Bibliorum vero M. S S. exemplaria quæ hodie in Bibliotheca Vaticana reperiuntur, hæc refert Kircherus qui singula lustravit. Prodr. Copt. Lib. 3. c. 8. p. 187. &c.

1 *Pentateuchus in 4 Tomis in folio magno, descriptus anno Copto, S S. scilicet Martyrum 1115. opera Gabrielis filii Phanus. Distinguitur in lectiones, quas versus appellant Copti, Judaicis Paraschim & Sedarim multo breviores, cujusmodi numerant in Genesi. 630. In Exod. 603. in Levit. 702. in Numer 835. in Deutr. numerus vetustate excessus est.*

2. *Evangelia 4 scripta in Ægypto in conventu S. Mercurii a quodam Gabriele, anno S S. Martyrum 986. & anno Arab. 918.*

3. *Epistolæ 14. S. Pauli, cum tribus Canonicis, & Act. Apostolorum scriptæ anno S S. Martyrum 1220.*

4. *Apocalypsis scripta an. S S. Martyr. 1061.*

5. *Psalterium Davidis descriptum jussu Gabrielis Patriarchæ, anno Cop. 1082.*

Memorat etiam codicem alium Evangeliorum una cum variis Liturgiis S S. Marci, Greg. Basilij, Cyrilli, Missali Copto, aliisque missalibus, ritualibus, manualibus variarum precum, Grammaticis & Lexicis quæ tum in Vaticano

2. *Editio nostra quanquam studiosorum usibus magis accomodata, vix quarta parte pretii Parisianæ constabit.*

3. *Multa etiam exhibebit quæ in Parisiana non habentur, qualia sunt quæ sequuntur.*

1. *Versio interlinearis Hebræi textus, Pagini & Ariæ Montani.*

2. *Versio 70. editionis Romanæ juxta exemplar vaticanum omnium quæ hodie extant maxime genuina, rejecta Complutensi mixta, & pro arbitrio interpolata, quam tamen quatenus à Romana differt inter varias lectiones lector inveniet.*

3. *Vetus etiam vulgata Latina* ℣ *70 qua sola usa est Ecclesia Latina per 400. circiter annos post Apostolos, jam supra mille annos intermortua, rediviva sistitur, ex Patribus Latinis per Nobilium compilata.*

4. *M.S. Alexandrinum 70. versionis, è Bibliotheca Regia desumptum, nobilissimum & antiquissimum, non multo post Concilium Nicænum descriptum, diu & avide à doctis expectatũ, quod quatenus à Romana differt ad finem cujusque columnæ annexum, adeo ut duo totius orbis Antiquissima & maxime sincera exemplaria versionis Græcæ, Vaticanum sc. & Alexandrinum hic simul lectori repræsentantur.*

5. *Versionis Samaritanæ ubi à textu Samaritano differt translatio Latina.*

6. *Pentateuchus Persicus Jacobi Thuasii, Characterе Persico descriptus cum versione Latina.*

7. *Chaldaica Jonathanis (quæ dicitur) Paraphrasis, cum versione Latina.* 8. *Tar-*

crarum literarum in Thebaide & per totam Ægyptum florebat maxime, præcipue enim Monachi horum temporum, occupabantur in S. Scripturis è Græcis, Chaldaicis & Hebr. codicibus in ſuam, Coptam ſc. transferendis, ut idem Martyrologium teſtatur in 1. proluſione Menſis Thoth, quæ tranſlationes ab aliis poſtea deſcriptæ, ad hunc uſque diem perdurarunt.

Ut finem huic diſſertationi imponam, etſi invidorum latratus non moramur, quibus nihil glorioſum quam quæ alii ſciunt ignorare, & quæ ipſi ignorant vituperare, & dum alii ſtudiis & vigiliis ſe macerant, ad promovendum bonum publicum, ipſi turpiotio conſeneſcunt, vel vino madidi cutem curant, & inter pocula virus ex impuro pectore in omnium ſcripta evomunt, inter quos ſunt qui jactant nihil novi in hac editione haberi, quod non in Pariſienſi, quæ calumnia etſi ex ipſa editionum collatione in fumos evaneſcit, tamen ad ora hujuſmodi obſtruenda libet paucis Catalogum eorum quæ in hac editione ſupra Pariſienſem, vel jam præſtita, vel auxilio divino præſtanda, expectari poſſunt, hic contexere.

1. *Textus & verſiones quæ in diverſis voluminibus habentur in Pariſiana editione, hic ſimul per varias columnas in ſingulis paginis lectori objiciuntur, ita ut omnes uno intuitu aſpicere, collationemque inſtituere poſſit ſine aliorum librorum evolutione.* 2. *Editio*

16. *Patricii Junii annotationes ad M.S. Alexandr. cum aliis aliorum virorum doctorum ex M.SS. & antiquis scriptoribus, à Nobilio & Junio prætermissis.*

17. *Syriacæ versionis & Arabicæ cum M. SS. variis Syriacis & Arab. collatæ variantes lectiones, cum notis & observationibus opera virorum doctorum collectæ.*

18. *Variæ lectiones Chaldaicæ Paraphrasis ex variis exemplaribus cum notis & observationibus studio viri doctiss. collectis.*

19. *Indices varii, rerum & verborum.*

3. *Præter prædicta omnia, quæ in Parisiensibus non habentur, versiones etiam quas habent Parisienses ex melioribus exemplaribus & M. SS. exhibemus, sc.* 1. *Samaritanam Syriacam, & Arabicam, collatione variorum M.SS. antiquissimorum, in plurimis locis obscuris, vel male redditis, Typographi vel exemplarium vitio, emendatas.*

2. *Chaldaicam Paraphrasim exhibemus editionis Basil. ab infinitis in punctatione erroribus quæ erant in Veneta, Complut. Reg. & Paris. ad analogiam Esræ & Danielis immensis Buxtorfii laboribus restitutam.*

3. *Vulgatam Latinam juxta exemplaria emendata & recognita, & a diversis mendarum millibus repurgatam, cum correctionibus Romanis Lucæ Brugensis.*

Hæc sunt inter alia, per quæ judicium ferat æquus lector quid inter hanc aliasque editiones intersit, quæ ut secundum methodum à nobis propositam perficiantur totis viribus conabimur, votisque ardentibus numen veneramur, ne ab incepto

8. *Targum seu Paraphrasis Hierosoymit. cum versione Latina.*

9. *Psalmi Æthiopici, Canticum Canticorum, & N. Test. Æthiopicum cum versione Latina.*

10. *Evangelia 4. Persico-Latina.*

11. *Liber Esther Canonicus, cum Tobit, Judith, Maccab. uno, qui nec Syriace nec Arabicè in Parisiensi habentur, ut ex M. SS. quibusdam typis mandentur operam dabimus.*

12. *Prolegomena seu Apparatus, in quibus quæstiones quædè Textu Hebr. & Græco. de versionum singularum antiquitate, authoritate & usu, & de variis lectionibus inter doctos agitantur. cum Cronologia sacra ab orbe condito, Tabulis Geographicis terræ sanctæ, &c. descriptione Templi, Tabernaculi eorumque utensilium, vestitus Aaronici, &c.*

13. *Variæ lectiones Textus Hebr. ubi de Keri, Ketib. &c. de variis lectionibus exemplarium Ben Asoher & Ben Napthali, de literis deficientibus, redundantibus, &c. aliisque quæ ad textum illustrandum & confirmandum conferunt. Buxtorfii clavis Masoreth. & Castigationes Masoræ, &c.*

14. *Differentiæ Textus Hebr. à Textu Samaritano, cum variis lectionibus ex Codicum Samaritanorum collatione, notis & observationibus, viri doctissimi opera collectis.*

15. *Flaminii Nobilii in Rom. 70. notæ & lectiones variæ longè doctissimæ, cum fragmentis veterum Translationum, Aquilæ, Sym. & Theodot. 5. & 6. Anonym. per Drusium & alios Collectis.*

16. *Patricii*

INTRODUCTIO
Ad Lectionem Linguæ Hebraicæ & Chaldaicæ.

SECTIO 1.
Alphabetum Hebraicum & Chaldaicum.

	Nomen,		*Figura,*		*Poteſtas.*
1	Aleph	אָלֶף	א		*Aſpiratio lenis.*
2	Beth	בֵּית	ב		V *Conſ. vel* B.
3	Gimel	גִּימֶל	ג		Gh. *vel* G.
4	Daleth	דָּלֶת	ד		Dh. *vel* D.
5	He	הֵא	ה		H.
6	Vau	וָו	ו		V. *alii* W.
	Zain	זַיִן			Z. *vel* ds.
8	Cheth	חֵית	ח		Ch. *alii* Hh.
9	Teth	טֵית	ט		T. *alii* Tt.
10	Jod	יוֹד	י		J. *Conſonans.*
20	Caph	כָּף	כ	ך	Ch. *vel* c. *alii* K.
30	Lamed	לָמֶד	ל		L
40	Mem	מֵם	מ	ם	M
50	Nun	נוּן	נ	ן	N
60	Samech	סָמֶךְ	ס		S *acutum.*

to tramite donec ad metam perventum ſit avellamur. Omnibus placere impoſſibile eſt, nam ut optime Jul. Cæſ. Scal. Epidorp. l. 3.

Non ſæpe Deus placet & tu placere credis?

Nobis igitur ſatis eſt, doctis & probis placuiſſe, cum aliis ſerram reciprocare non vacat. Semotis affectibus judicabit ſera poſteritas, nam

Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit.

Londini Oct. 1. 1654.

INTRO-

cum χ, ut in ῥαχάβ. ע ſpiritus aſperrimus ope ſummi gutturis & narium efferendus. Græci ſæpe omiſerunt, ut in ἔϐϛ, ἠσαδ &c. interdum per (γ) expreſſerunt, Judæi per א efferunt, quidam per (gn) vitioſé.

SECT. 2.

De numerandi ratione.

NUmerant Hebræi per literas Alphabeti, ut in ſchemate præcedente, quibus addunt pro aliis centuriis literas finales, ſic;

ץ	ף	ן	ם	ך
900	800	700	600	500

Vel in quinque centuriis poſterioribus priores repetunt, ut ת״ק 500, ת״ר 600, ת״ש 700, ת״ת 800, תת״ק 900. Poſt denarios addunt minores, ut י״א 11. י״ב 12. י״ג 13. י״ד 14. at ט״ו 15 יה סי״ע, ne Nomen Dei prophanetur.

Millenarios ſic exprimunt א̈ 1000. בא̈ 2000. גא̈ 3000. דא̈ 4000. &c. at cum centenariis compoſitos ſolummodo per אבגדה &c. ut גא̈ ter mille, גת״ק 3500. ſæpius verò *Mille* voce integra per אלף exprimunt, 2000 per אַלְפַּיִם plura per אֲלָפִים, præmittendo literam numeralem, quot *ſcil.* millia ſignificare volunt.

	Nomen,		*Figura,*	*Poteſtas.*
70	Ajin	עַיִן	ע	Aa *alii* Gn.
80	Pe	פֵּא	פ ף	Ph. *vel* p.
90	Tſade	צָדִי	צ ץ	Tſ. *vel* Sſ.
100	Koph	קוֹף	ק	K. *alii* Q.
200	Reſch	רֵישׁ	ר	R.
300	Schin *vel* Sin	שִׁין	שׁ ש	Sh. S
400	Tau.	תָּו	ת	Th. *vel* T.

Literæ ſunt 22, quarum Nomina, Figuræ, & Poteſtas apud Hebræos & Chaldæos prorſus conveniunt. Leguntur verò à dextra verſùs ſiniſtram, ut apud pleróſque Orientales. At Armeni, Æthiopes & Copti ſeu Ægyptii legunt à ſiniſtra, ut nos Europæi.

Literarum Rabinicarum figuras quæ à quadratis hiſce Biblicis differunt, quibuſque ob celeritatem ſcriptionis utuntur Iudæi Itali & Hiſpani, item Hebræo-Germanicarum quæ in libris MSS. tum Germanicis tum Hebraïcis à Iudæis uſurpantur, vide apud Buxtorf. in Theſauro Grammat. lib. 1. cap. 1. & ad finem libri, & Schickhardum in Horologio.

Literæ א & ע difficillimæ ſunt pronunciationis. א eſt ſpiritus aſperior in medio gutture coarctatus, & ad palati ſummum illiſus. 70 Interpretes ſæpe expreſſerunt per Græcum

Serviunt à capite 4. אֶלְבַּשׁ

à capite & fine 4. בֵּן הֵם

à capite medio & fine 3. יוֹת.

Huic literarum diviſioni non ineptè ſubjungi poſſunt.

Regulæ de inveſtiganda radice;

1. Si abjectis ſervilibus remanſerint tres, ipſæ ſunt radix.

2. Si duæ, quarum prior habet Daghes, tunc plerunque præponitur נ raro י, ut הִגִּישׁ à נָגַשׁ & הִצִּיב à יָצַב. At in duobus, ל, ut אָקַח à לָקַח & נִתְּעוּ à לְתַּע. Sed in Chaldaïcis poſterior ſæpe geminari debet, cùm prior habet Daghes, ut infra patebit.

3. Si poſterior ſit Dagheſſata geminanda eſt, ut סַבּוּ à סָבַב. Sin verò Daghes ſit characteriſtica Conjugationis Piel (quod ex forma vocis ſciendum) tum poſtponendum ה, ut גִּלָּה à גָּלָה. Excipiuntur etiam hæc nomina quæ cum affixis dagheſſantur, אַפִּי *ira*, ab אָנַף *filia*, à בְּנָה & חִטָּה *triticum*, ab חָנַט.

4. Si duarum remanentium neutra ſit dagheſſata, tum præponendum י vel נ rariùs א, vel interponendum י, vel poſtponendum ה rariſſimè א, aut ultima geminanda.

5. Si unica tantùm remanſerit præpone י vel נ, & poſtpone ה: exceptis תֵּת à נָתַן, & vocibus quibuſdam præteriti à מוּת *mori*, & שׂוּת *ponere*, quæ ת amittunt ante aliud ת: ut, שַׂתָּ *poſuiſti*, מַתָּ *mortuus es.*

SECT. 3.

De Literarum divisionibus.

Literas distinguunt Hebræi ut omnes Orientales in 5 classes, secundùm 5 organa pronunciandi.

Gutturales א ה ח ע
Linguales ד ט ל נ ת
Palati ג י כ ק
Dentales ז ס צ ר ש
Labiales ב ו מ פ

De hisce est regula generalis, quòd literæ ejusdem organi facilè inter se permutantur, quod frequentissimè fit in vocibus ex una lingua in alteram traductis.

Distinguuntur etiam in Radicales, & serviles:

Radicales Thema, seu Radicem constituunt, quæ plærunque ex tribus literis constat, raro ex pluribus, quomodo omnes literæ possunt esse radicales, sed hîc peculiariter intelliguntur eæ quæ semper sunt de radice nũquam serviles: sũntq; 11, his dictionibus cõprehensæ, חַט סֵפֶר גַּוע צָדק

Serviles sunt quæ flexione vel formatione radici inserviunt, aliquando tamen sunt de radice, ut reliquæ 11, in has voces memoriales collectæ, מֹשֶׁה וְכָלֵב אִיתָן

Servi-

SECT. 4.

De literis quieſcentibus:

LIteræ אהוי interdum quieſcunt, id eſt, non pronunciantur, quia vocalibus deſtitutæ (vulgo Ehevi vel Jehu memoriæ cauſa dicuntur) Hoc accidit literis וי in medio & fine vocis, literæ ה in fine tantùm.

א quieſcit poſt vocalem longam, aliquando poſt Pathach & Segol:

ו quieſcit, initio in Schurec ſequente Scheva, aut unâ ex literis בומף. In medio in Schurec & Cholem, & ſimiliter in fine.

י quieſcit in medio & fine in Chirec. ſæpe in Tſere & Segol.

ה in fine tantùm quieſcit, idque in Camets, Tſere, Cholem, & Segol

Apud Chaldæos; א quieſcit in Camets, Tſeri, & Patach, ut לָא *non*, רֵאשׁ *caput*. בֶלְשַאצַר *Belſchazar*. ו in Chirec & Tſere, ut, מַלְכִּי *Rex meus*. מַלְכֵי *Reges*. ה In Camets & Tſere, ut גָּלֹה *revelabit*, גָּלָה *revelat*, utrumque tamen rariùs, quia ה finale Hebræorum plerunque hîc mutatur in Aleph, niſi aliud Aleph præcedat.

De his quatuor literis verum etiam eſt (quod ſuprà de literis ejuſdem organi dictum) quòd facilè inter ſe permutentur.

Chaldæis litera ד est servilis, & ק etiam apud Talmudicos, שׁ vero radicalis, quibus & hoc peculiare est quod deficientem secundam compensent per Daghes forte in prima, non in tertia, quotiescunque præfigitur characteristica litera temporis, ut הַדִּיקוּ *comminuerunt*. Dan.6.24. à דקק.

Schickhardi Regulæ de investigando Themate.

Abjice

I. Initio. 1. Formativas Derivatorum, septem, הֶאֱמַנְתִּי, quæ literæ Heemanticæ dicuntur.

2. Præfixa מֹשֶׁה וְכָלֵב.

3. Verborum augmenta,

Conjugationis ה נ הִת

Futurorum אֵיתָן

Participiorum מ מִת.

II. In medio expletivas Vocalium ו י

III. In fine,

1. Nominum, ֶת ָה ֵי ִים וֹת

2. Verborum, תָּ תִּי תֶּם תֶּן נוּ ָה ִי וּ

3. Suffixa, ה הוּ הֶם הֶן וּ י ךְ כֶם כֶן נָה נִי נוּ ם ן

Adde

1. Initio Verborum imperfectorum, א י ן

2. Medio quiescentium, י ו

geminatorum, alteram similem

3. Fini anomalorum, ת נ ה

Da י *principio, vel* נ, *medioque, vel indas* ו, *vel conduplices mediam, seu* ה *dato fini:*

SECT, 4.

Antequam vocalium puncta à Maſorethis inventa ſunt, tres quieſcentes א ו י omnium vocalium vices ſupplebant, unde matres lectionis dicebantur: א indicabat Pathach & Camets. ו, o & u; ſcil. cholem, camets chatuph, ſchurec, & kibbuts. י erat pro e & i; ſcil. pro tſere, ſegol, & utroque chirec. Jod etiam chateph-ſegol vocalem breviſſimam annotabat & aliquando ſimplex ſcheva.

Hinc fit, ut poſt inventa & ſuperaddita vocalium puncta, relictis illis conſonis quæ vocalium erant indices confuſa extiterit punctatio, tum in Targumim ſeu paraphraſibus Chaldaïcis (quæ confuſio quum in Venetis, tum in Regiis Bibliis paſſim invenitur, & ſummo labore Buxtorfii in Bibliis Baſilienſ. ſublata eſt) tum in variis ſcripturæ locis, ut Pſalm. 77. 20. ubi in שְׁבִילֶיךָ Jod poſt Lamed, quod non pluralem numerum ſed ſcheva denotabat, poſt additam vocalem relictũ eſt. ſic etiam Pſalm. 120. 5. הוֹבָה pro הֻבָּה, ubi ו non Shurec ſed Kibbuts ſequente daghes ſecundum analogiam denotaret: vide Lud. de Dieu. Gram. l. 1. c. 7. Sixtinum Amam. & alios. præcipuè librum eruditiſſimum Lud. Capelli ab Erpenio editum, *Punctationis arcanum revelatum* inſcriptum, cujus lectio cordatos omnes (paucis quibuſdam pervicacibus exceptis) in ſuam ſententiam de punctorum & accentuum novitate adduxit, quæ vero nuper edidit vir quidam doctus contra Capelli *Arcanum*, ita jejuna & frigida ſunt, ut paucos (ni fallor) ſibi conſentientes habeat.

Cholem cum ſupra ו notatur ſic ו, dicitur Vau

SECT. 5.

De Vocalibus, & Diphthongis.

VOcales ſunt 5 longæ, totidémque breves, quibus addunt quidam Scheva ſimplex & compoſitum.

Vocales longæ.

Camets	אָ	valet a longum, obſcurũ.
Tſere	אֵ	e longum, ut η *Græc.*
Chirec longum, ſeu magnum	אִי	i longum.
Cholem	אֹ	o longum.
Schurec	אוּ	u longum, vel ω *Græcorum.*

Breves.

Pathach	אַ	a clarum.
Segol	אֶ	e breve.
Chirec breve, ſeu parvum.	אִ	i breve.
Camets-catuph	אָ	o breve.
Kibbuts	אֻ	u breve.

Scheva duplex eſt:

1. Simplex. אְ valet e breviſſimum.
2. Compoſitum triplex:
   1. Chateph-patach אֲ a raptum.
   2. Chateph-ſegol אֱ e raptum.
   3. Chateph-camets אֳ o raptum.

Ante-

1 In medio dictionis post vocalem brevem nisi sit sub litera dagheſſata.

2 Post vocalem longam accentu notatam.

3 In fine dictionis etiam geminum.

Apud Chaldæos Scheva ſimplex quieſcit etiam poſt vocalem longam quamcunque, ut שְׁאֵלְתָּא *petitio* Dan. 4. 14.

Omnibus literis Scheva convenit, at cum א & ה rariſſime reperitur.

Gutturales nunquam admittunt Scheva vocale, ſed ſolum mutum, at Scheva compoſitum eſt ipſorum proprium.

De Dipthongis.

ו & י poſt Camets, Tſere, Pathach & Chirec in fine dictionis, cum vocalibus hiſce dipthongos conſtituunt, ו triplicem facit dipthongum, viz. 1. (au) per ָ, ut עָנָו *manſuetus*, ſæpe interveniente י ut דְּבָדָיו vel per ֹ, ut קָו *regula*. 2. (eu) ut שָׁלֵו *pacificus*. 3. (iu) ut פִּיו *os ejus*.

י etiam triplicem facit ai, oi, et ui, ut פָּנַי *panai*, גוֹי *goi*, גָּלוּי *galui*, Judæi vero dipthongum in י non agnoſcunt, ſed י ut conſonam pronunciant, & de י dubitatur à quibuſdam. Irregulare eſt יְרוּשְׁלֵם Jer 26. 18. quod legendum & pronunciandum יְרוּשָׁלַיִם *Jeruſhalajim*. Apud Chaldæos fit (eu) dipthongus ex י tum in fine ut apud Hebræos, tum in medio, ut חֵיוְתָא *beſtia*, ubi & י intervenit.

Jod facit (ai) dipthongum apud Chaldæos, per ו ante י in medio ut קַדְמָיְתָא *prima*. Dan. 7. 4.

Dip-

Cholem, & tunc vocalis ſemper ad præcedentem literam ſpectat. ſi vero ו habeat etiam ſub ſe vocalem, pronunciatur, aliàs quieſcit.

Cum ו habet ante ſe vocalem brevem non alia mediante litera, punctum in medio non eſt cholem, ſed Daghes forte quæ literam geminat.

Sæpe etiam Cholem per puncta literæ שׂ & שׁ denotatur, ita ut idem punctum & literam & vocalem notet, tum vero litera præcedens שׂ vocali caret & שׁ aliud punctum vocale adjunctum non habet.

Sæpe eadem litera utrumque punctum habet, ut שׂ, ubi alterum pro Cholem ponitur, utrum verò ex litera præcedente vel ſubſequente vocali deſtituta dignoſcendum.

Camets-chatuph ſæpè figura nihil differt à ſimplici Camets, diſtinguuntur autem ſic.

Eſt Camets-chatuph, ſeu o breve

1 Ante Scheva abſque accentu Metheg. ut חָכְמָה chochma.

2 Ante Daghes forte abſque accentu tonico, ut רֹנּוּ ronnu.

3 Ante conſonam mobilem in fine, ſine accentu, ut יָקֹם Jakom. Sunt tamen qui contendunt ſemp ita ſcribi oportere ſine duobus punctis, v. Buxt. theſaur. pag. 26. 27.

Camets-chatuph, vero à Chateph-camets diſtinguitur ſic, quòd Chateph-camets nunquam ſcribatur ſimplici forma ut Camets, nec locum habeat ante Scheva aut Daghes, nec propriè inveniatur niſi ſub gutturalibus.

Scheva ſimplex non ſemper pronunciatur (imò naturâ ſuâ mutum eſt) quieſcit autem

1 In

Mappic eſt punctum literæ ה & ſecundùm quoſdam י inſcriptum, quod indicat eas proprio ſono efferendas eſſe, quæ alias quieſcerent. Inſcribitur ה tantum in fine vocis, י in medio: olim ſcriptum erat ſub litera, ſic הָ hodie vero inſcribitur & monet ה illud eſſe mobile. Adhibent illud & Hebræi & Chaldæi ad affixum ſing. num. 3. perſ. fœm. deſignandum, ut רַגְלָהּ *pes ejus*, fœm. Ch. רִגְלָהּ

Chaldæi vero peculiariter Mappic utuntur in ה maſculino, præcedente Tſere, ut רִגְלֵהּ *pes ejus*, viri.

SECT. VII

De ſyllaba & legendi ratione.

OMnis ſyllaba incipit à conſona, idq; à dextra verſus ſiniſtram.

Syllaba ſimplex ex una conſona, & una vocali conſtat, quæ plerunque longa, ut אֱלִי *e--li* הֲיִיתִי *ha-ji-thi*, אֹתוֹ *o-tho*, קוֹוֵהּ *ko-ve-cha*, ubi punctum ſuperius ad ק pertinet, non ad ו quæ propriam vocalem habet, interdum fit ex vocali brevi, ſegol, chirec, & kibbuts.

Syllaba compoſita eſt cùm plures conſonæ in unam ſyllabam conjunguntur cum vocali, ut רֹאשִׁי בְּרֹא מֶלֶךְ

Hoc ſæpiùs fit per ſcheva ſimplex, at ſub gutturalibus plerunque per ſcheva compoſitum.

Syllaba componitur vel ab initio vel à fine vel utrinque.

Si

Dipthongum (ui) per Vau Schurec ante Jod, Chaldæi non obſervant.

SECT. VI.

De Daghes & Mappic.

Puncta duo ſunt ventri literarum inſcripta, & aliquid de ſono ipſarum notantia apud Hebræos & Chaldæos, ſuntq; Daghes & Mappic.

Daghes eſt duplex, lene & forte.

1. Lene in ſex literis בגדכפת *begadkephat*, aſperationem tollit, adeo ut ſonent b. g. d. k. p. t. Raphe, *remiſſio*, olim per virgulam ſupra haſce literas notata, indicabat eas manere aſpiratas, bh, gh. dh. ch. ph th.

2. Forte literam geminat & omnibus literis imprimitur niſi gutturalibus & ר ut הֻגַּשׁ *huggaſh* קָוֹה *kavvo*. in א tamen & ר quibuſdam locis Bibliorum obſervarunt Maſorethæ Daghes imprimi. Locos vide apud Buxtorf. Theſaur. Grammat. lib. 1. cap. 4. at non omnia exemplaria Biblica Daghes in omnibus iſtis locis exprimunt.

Diſtinguuntur ſic, Poſt vocalem brevem in medio dictionis eſt daghes forte: lene eſt, 1. initio dictionis, quod fit ſemper cum vox præcedens conſona mobili terminatur, vel accentu regio. 2. poſt Scheva quieſcens, ejuſdem vel diverſæ dictionis, quod tamen varias habet exceptiones.

Aliquando tamen in prima litera eſt forte, ſi vox præcedens cum ſequenti in unam dictionem coaleſcat, ſive per Maccaph, ſive aliter.

Map-

diſſyllabis et polyſyllabis, vocales longæ nunquam uſurpentur niſi in ſyllabis ſimplicibus aut ab initio compoſitis ut in דְּבָרִים, דָּבָר, nec breves niſi in compoſitis, niſi penultima afficiatur accentu Grammatico.

Cum vero in monoſyllabis, & in polyſyllabarum fine interdum reperitur vocalis longa, fit hoc ex cauſa ſpeciali. vide Capell. in Punct. Arcan. lib. 1. c. 13.

ח & ע in fine vocis, poſt Tſere Chirec longum, Cholem & Schurec, ſæpe ad faciliorem pronunciationē aſſumunt Pathach, quod ante eas rapidè & quaſi furtim pronunciatur, unde vocatur Pathach genubha, ſeu *furtim aſcitum*, ut מָשִׁיחַ *maſchiach*. רוּחַ *ruach* יָדוּעַ *jaduah*.

ה cum Mappic, idem aliquando imitatur, ut גְּבֹהַּ *Gaboah*. Chaldæis eadem ſyllabæ ratio eſt quæ Hebræis.

In Bibliis voces quæ circellum ſupra ſe habent, aliter leguntur quàm ſcribuntur, Cùm enim Maſorethæ ex M. SS. antiquis varias lectiones annotarunt, lectionem unam in textu reliquerunt, alteram in margine poſuerunt, quam ut plurimum meliorem judicabant, & hujus vocales textui addebant, unde legunt prout in margine notatur, ut Pſal. 9. 13. in textu eſt עֲנִיִּים at in margine ענוים unde ratione punctorum legitur *manſuetorum* at ratione literarum eſſet *afflictorum* עֲנִיִּים Hujuſmodi varias lectiones vocant Keri & Kethib, lectio & ſcriptio.

Notandum etiam nomen Tetragrammaton יהוה ſi punctetur hoc modo יְהוִה legendum אלהים

Si ſyllabæ compoſitæ prior conſona vocalem habeat [quæ plerunque brevis eſt] poſterior ei adjungitur per Scheva quieſcens vel expreſſum vel ſubintellectum per Dageſch forte vel abſque eo in fine dictionis, ut in חִפְקִיד *Hiph-kid* הִגִּישׁ *Hig-giſch.* niſi poſterior ſit litera quieſcens, ut קוֹרֵא atque hoc modo fit ſyllaba à fine compoſita.

Sin vero conſona poſterior vocalem poſſideat, [ut plurimum longam] prior adſciſcit Scheva ſimplex vocale, vel compoſitum ſi ſit gutturalis, quod ſuam conſonam ſono rapidiſſimo conjungit litteræ ſequenti [nunquam enim per ſe ſyllabam conſtituit] ut in בְּרֶכוּ *be-rechu*, quæ vox diſſyllaba eſt ultimam habens ab initio compoſitum.

Quando autem literam vocali inſignitam præcedit Scheva vocale, ſequitur Scheva mutũ, fit ſyllaba utrinque compoſita ut in פֶּקֶד *pekad* voce monoſyllaba, פְּקוּדָה *pekud-nah* duarum ſyllabarum, quarum prior utrinque compoſita quatuor conſonis, tribus motis una quieſcente, conſtat.

Apud Chaldæos uſitatiſſimum eſt Syllabam compoſitam non tantùm vocali brevi, ut apud Hebræos ferè, ſed longa etiam inchoari, ut שׁוּבְרָא ſchuv-hera *gloriatio.*

Notandum, quòd prima diſtinctio vocalium in longas & breves, non fuit ad notandã ſyllabarum quantitatem, ſeu proſodiam Hebraicam (ſic enim eæ quæ breves vulgò vocantur, longæ potius dicendæ eſſent, utpote poſitione productæ) ſed ad faciliorem lectionem, docendo quænam ſyllabæ ſimplices ſunt, quænam compoſitæ. Hoc enim perpetuum eſt, quod initio & medio dictionis in

diſ-

Tonici ſunt 25. quorum 14 notantur ſupra vocem; 11. infra.

Supra vocem.

א֗	Paſchta.	א֘	Rebhia.
א֙	Kadma.	א֛	Sakeph gadol.
א֜	Gæræſch.	א֝	Sakeph katon.
א֞	Gæraſchajim.	א֟	Sægolta.
א֠	Teliſcha Ketanna.	א֡	Paſer.
א֢	Teliſcha gedola.	א֣	Sarka.
א֤	Karne Para.	א֥	Schalſcheleth.

Infra vocem.

א֦	Merca.	א֧	Tebhir.
א֨	Merca cephula.	א֩	Darga.
א֪	Tiphcha, Tarcha.	א֫	Athnach.
א֬	Munach.	א֭	Jerach ben-jomo.
א֮	Mahpach.	א֯	Silluk.
אְ	Jethif.		

De hiſce notentur iſtæ regulæ. *Paſchta* & *Kadma* eandem figuram habent, at ille initio vel medio vocis inhæret, hic fini tantum, niſi in eadem voce geminetur.

Jethif initio ante primam vocalem ponitur.

Mahpach extremæ vel mediæ literæ adhæret.

Rebhiah mediæ literæ incumbit: Sic differt à Cholem, quod ad latus.

Tri-

אֱלֹהִים Elohim ſecundùm puncta, ſi vero ſic יְהוָה legendum Adonai אֲדֹנָי cujus puncta mutuatur, nec ante avorum noſtrorum memoriam aliter pronunciavit quiſquam; primus qui Jehova legebat erat Galatinus. Septuag. interpretes ſemper legebant Adonai, unde tranſtulerunt ſemper Κύριος; nec aliter Chriſtus vel Apoſtoli legerunt, ut in Nov. Teſt. liquet, nec ulli ex patribus Græcis vel Latinis: Judæi etiam fatentur veram pronunciationé ſe ignorare eamq; ab everſo templo amiſſam eſſe. Vide orationem Capelli de nomine יְהוָה ad calcem libri de arcano punctationis, & in appendice ad Criticam Sacram.

SECT. VIII.

De Accentibus & Maccaph.

ACcentus duplex eſt Tonicus & Euphonicus.

Euphonicus tonico præmittitur & ſuaviorem ejus pronunciationem efficit, vocalem enim ſuſpendit: unde *Metheg*, id eſt *frænum* dicitur. Eſtque virgula recta ſub litera, ut פְּקֻדָה *pakedha*, quod ſine *metheg* legendum eſſet *pok-da*.

Tonicus ultimam vel penultimam acuit: vox quæ in ultima acuitur vocatur voce Chaldaica מִלְרַע *milra*, id eſt *infra*, ſeu *in fine*, quæ in antepenultima מִלְעֵיל *milhel*, i. e. ſupra,

Tonici

Reliqui 17. ſunt Reges, quorum præcipui ſunt, 1. Rebhia, 2. Sakeph gadol, 3. Sakęph-caton, qui omnes diſtinguunt in commata. 4. Athnach, 5. Segolta, cujus vicem aliquando ſuſtinet Schalſcheleth, qui Colon deſignant. 6. Silluc, qui periodos diſtinguit, & in fine omnium verſuum reperitur.

Reliqui Reges curioſiùs diſtinguunt quàm in aliis linguis, ſæpe nihil, unde cum miniſtris ſine incommodo omitti poſſent, ſi Grammiticis placuiſſet, & Maſorethæ tęxtui non appoſuiſſent. Vide Lud. de Dieu. Gram. lib. 1. c. 9. Capelli Critic. Sacr. lib. 6. cap, 11. Sed præ aliis Valentinum Schindlerum qui in tractatu ſuo de accentibus Hebræorum doctrinam hanc eruditè & compendioſè tractavit, ad cujus mentem, quantum fieri licuit, latinam Chaldaicæ paraphraſeos verſionẽ Pentateuchi in hoc opere Biblico diſtinguere conati ſumus, ut eo modo ſtudioſi accentuũ in diſtinguendo vim melius perciperent: hoc tantum notetur, nos ad exprimendum ejus comma hanc notam (;) plerunque adhibuiſſe, pro ſemicommate vero hanc (,).

Accentus Euphonicus ſeu Metheg vocalibus longis ante Scheva addi ſolet, unde Camets ante Scheva abſque Metheg breve eſt, ſeu Cametschatuph, ut חָכְמָה chóchma, non chachema: additur & ſemper vocalibus ante Scheva compoſitum, ut יֹאסֵף

Diſtinguitur Metheg à Silluc, quòd hic ultimæ verſus voci ſemper, ille quibuſcunque vocibus apponitur, ſi vero in ultima voce concurrunt, Silluk eſt figura ultima. Mac-

Triplicem accentuum uſum faciunt Grammatici.

1. Muſicam ſeu cantus rationem apud Judæos deſignare, qui textum Biblicum cantillant.

2. Pronunciationem legitimam, in ſyllabæ elevatione deſignare.

3. Sententiam in membra diſtinguere.

Uſus primus Judæis relinquitur: ſecundus habet has regulas.

1. Omnis dictio habet accentum tonicum, niſi habeat poſt ſe virgulam quæ Maccaph dicitur, [־]

2. Syllaba quæ habet accentum tonicum acuitur, exceptis Teliſha majori, Jethif, Paſchta & Teliſcha minori, Sægolta, & Sarka, quæ primæ vel ultimæ vocis literæ ſemper adhærent, ſed eam non ſemper afficiunt.

3. Ejuſdem accentus in eadem voce geminati, prior ſyllabam acuit, diverſorum poſterior, ut תֹּהוּ *tóhu* וְהַעֲצִים *vehaetzím.*

4. Accentus tonicus vocali longæ additus, Scheva ſequens conſtituit quieſcens, ut תַּגְלְנָה *tagélna.*

Tertius uſus orationis membra ſpectat, & ſic diſtinguuntur in Miniſtros & Reges.

Miniſtri orationem continuant, Reges diſtinguunt.

Miniſtri ſunt 8. Munach, Mahpach, Merca ſimplex, & duplex, Darga, Jerach, Kadma, Teliſcha Ketanna, qui cùm nihil diſtinguant, ideo nullius fere uſus ſunt nec in aliis linguis uſurpantur.

Re-

Et hæc quidem ex Buxtorfio, de Dieu, aliiſque collecta, ad lectionem hujus linguæ ſufficiant; Qui vero plenam linguæ hujus cognitionem deſiderat, Grammaticos conſulat, qui præcepta Grammaticalia tradiderunt. Inter innumeros vero qui hodie extant, Buxtorfius videtur palmam aliis præripere, cujus Epitomen primum, vel Schickardi Horologium ediſcat, poſtea evolvat Buxtorfii Theſaurum Grammaticum qui omnium accuratiſſimè, & copioſiſſimè hujus linguæ myſteria pandit. De ipſo enim Judæi hoc Elogium reliquerunt in præf. Bibl. Rabbinicorum quæ præfixa eſt editioni Baſilienſi: "Sapiens præ ſapientibus Nazaræorum, Doctor "magnus in lingua ſacra, & Chaldaica, & in "Grammaticis earum, ita ut ſimilis ei non in-"veniatur inter eos, vir Magnificus, dominus "Johannes Buxtorfius.

Hujus vero Lexicon Hebraicum & Chaldaicum una cum Lexico Chaldæo-Rabbinico-Talmudico (opere 30 annorum) & concordantiis ejus Hebraicis, quæ præter concordantias Biblicas etiam Lexicon Hebraicum abſolutiſſimum exhibent, ut maximè utilia, ad perfectam hujus & aliarum Linguarum Orientalium cognitionem, omnium doctorum calculo approbantur.

Chaldaicam vero Grammaticam inter alios, ſcripſit idem Buxtorf. cum Syriaca conjunctim; Idem etiam compendioſè præſtitit Andr. Sennertus, qui Syriaca proprio charactere deſcripſit, non Hebraico, ut Buxtorfius.

Unà cum Syriaco Chaldaicum etiam Lexicon edidit

Maccaph [—] duas vel tres dictiones connectit, ut cum ultimæ dictionis accentu ſuavi pronunciatione coaleſcant.

In Job, Pſalmis, & Proverbiis alia eſt accentuum ratio quam in reliquis Bibliorum libris, ob metrum, muſicam, &c. cujus ratio nondum ab aliquo ſufficienter eſt explicata.

In Decalogo magna eſt anomalia accentuum, qui duplicati videntur, myſteria hic latere volunt Judæi, quæ non explicant, ſed per Cabalam oralem diſcenda ſunt, & ſuperſtitionem Rabbinicam olent.

Accentus addunt vulgò ſex alios: 1. Peſik, 2. Legarme, utrumque lineola recta inter duas dictiones, illud poſt Munach hoc alibi, notatur, & muſicæ inſervit nec quidquam facit ad pronunciationem. 3. Soph paſuk, puncta duo quæ verſum terminant. 4. Hillui, 5. Mecarbel, varia nomina accentus Munach pro ſitu vario. 6. Meajiela, idem cum Tiphea.

Apud Chaldæos eadem eſt ratio accentuum, quæ apud Hebræos ſaltem in Dan. & Eſra. Paraphraſes vero omnes, Jonathani, Joſephi Cæci, &c. præter Onkeloſi in Pentateuchum, accentibus deſtituuntur.

Notandum vero quòd ſicut magna erat Maſoretharum diligentia in apiculis hiſce excogitandis, ſic non minor erat illorum incuria quòd nulla excogitarent interrogationum, interjectionum, parentheſium, &c. ſigna, ut in aliis linguis, quæ magis neceſſaria erant quàm multi ex accentibus, & punctis, quæ ſine ulla neceſſitate, & cum parva utilitate textui adſcripſerunt.

lingua & pronuntiatione in facilioribus non nihil prius assuefactâ & informatâ. Continuetur per dies 15 alios.

Tota hæc exercitatio fiat præsente præceptore (*si haberi posset, multi enim in hac & aliis linguis Orientalibus proprio Marte clari evaserunt ut Clenardus, Erpenius ipse in Arabica, & alii. Vide Capelli Arcanum Punctationis lib. 2. c. 27. n. 4, 5, 6, 7.*) aut aliquo doctiore qui linguam errantem dirigat, & pronunciationem pravam corrigat. Discipulus autem privatim legens, clarâ voce legat, non per meditationem. Sic enim & lingua fiet promptior ac expeditior, & convenienti pronuntiationi rectius assuescet. Neque est, quod turbetur, si quandoq; in lectione erret: id enim postea præceptor, usus, & profectus plenior mox emendabunt.

Altero mense discipulus conjugationes verborum memoriæ mandare incipiet, & lectionem Textus Biblici per aliquam capitis partem continuabit. Præceptor interea, verborum & conjugationum formationem & differentiam breviter inculcabit. Quam primùm conjugationes perfectas tenuerit, præceptor unum & alterum versum Latinè explicabit, quos discipulus sequente die reddet. Postea omnia perfecta ad paradigmata applicare docebit, quo ipso omnia accidentia & ipsam radicem uno momento perfectissimè discipulus cognoscet. Idem faciet per verba imperfecta, ubi memoriæ bene commissa fuerint. Explicatio Textus ad versus duodecim & plures paulatim accrescet, ex quibus nuda & simplicia verba, primùm duntaxat considerabuntur

edidit Buxtorf. Filius in 4° quod magno ſtudioſis uſui eſſe poteſt.

Buxtorfii vero P. Conſilium de facili hujus linguæ cognitionem adipiſcendi modo, quod Manuali ejus Lexici Heb. & Chald. præfixit Filius, adſcribere placuit.

Compendioſa ratio diſcendi linguam Hebræam & Chaldaicam.

Cognitis literis & vocalibus, obſervatis etiam generalibus ad legendum regulis, ipſa lectio ſtatim tentanda erit.

Lectio inſtituatur quotidiana per horam minimam, nec dies ullus ſine exercitio abeat.

Primum lectionis tentamen ſit in formis conjugationum, quæ ordine juxta ſeptem verborum claſſes perlegendæ.

Ratio, 1. quia ibi legendi modus eſt facilior, quum eædem literæ & voces repetantur, unâ duntaxat aut alterâ ſyllabâ immutata. 2. quia facilitatem hanc ſtatim ſequitur aliquis profectus. 3. quia profectus iſte amorem ſtudii generat, & continuationem urget. 4. quia utilitatem aliquam ſimul affert, quòd umbratilis quædam inde naſcatur conjugationum, temporum, modorum, perſonarum, numerorum, &c. cognitio quæ paulo poſt faciliorem memoriæ laborem conciliat. Continuetur per dies circiter 15.

Secundum exercitium lectionis ſit in Textu Biblico. Ratio, quia cum ſingulæ voces hic ſint aliæ & novæ, ideoque lectio non nihil tardior & operoſior, ad eam non eſt accedendum, niſi lin-

in usu ipso linguæ, & ex usu practico, pluribus exemplis ad unum præceptum Grammaticum revocatis, & eadem doctrina sæpius repetita, longè firmiùs memoriæ imprimet, & longè dilucidiùs explicabit, quam si in nuda præceptorum theoria primùm quis insistat.

Bas. 20. *Decemb.* 1630.

Exercitatio lectionis Hebr. ex Zeph. 3. *vers.* 8. *in quo omnes Alphabeti literæ etiam finales exhibentur.*

surgam quo diem ad ,Dominus inquit ,me expectate Ideo

לָכֵן חַכּוּ־לִי נְאֻם־יְהוָה לְיוֹם קוּמִי

lachèn chakkù-li neum-Adonài lejòm kumì

congregem ut ,gentes colligere meũ decretũ quia :tandem

לָעַד כִּי מִשְׁפָּטִי לֶאֱסֹף גּוֹיִם לְקַבְּצִי

leàd chi mischpatì leesòph gojìm lekovtsì

,meã indignationẽ eos super effundendũ ad ,regna

זַעְמִי עֲלֵיהֶם לִשְׁפֹּךְ מַמְלָכוֹת

zaamì alehèm lischpòch mamlachòth

devorabitur mei zeli igne in quoniã ;meæ iræ furorem omnẽ

תֵּאָכֵל קִנְאָתִי בְּאֵשׁ כִּי אַפִּי חֲרוֹן־כֹּל

teachèl kinathì beèsch chi appì charòn----col

terra omnis

הָאָרֶץ׃ כֹּל־

haáretz-col

tur, & modus applicandi ad paradigmata oſtendetur. Si vero pronomen adjunctum in fine fuerit, id præceptor ſeparabit, & nudam verbi formam diſcipulo examinandam proponet.

Tertio menſe pronominum rationem cum verbis præceptor explicabit. Nominum item doctrinam tractabit, oſtensâ primum juxta præceptorum doctrinam nudâ ipſorum de numero in numerum declinatione prout varietas formæ ſingularis id admittet: deinde formam quoque illorum in conſtructione & cum pronominibus affixis ſecundùm utrumq; numerû oſtendet, reductis illis ad formam abſolutã & ſeparatã, mutatione, ſi quæ vel in literis, vel in vocalibus, vel utrobiq; occurrit, ejuſque ratione oſtenſa. Voces indeclinabiles quia paucæ ſunt, nudo tantum indicio indigent.

Quarto menſe ſyntaxis examinabitur, Hebraiſmi explicabuntur, anomaliæ quælibet, accentuum diſtinguentium ratio, & quicquid ad Grammaticæ abſolutam tractationem facit, exquiſitè tractabitur. Continuetur repetitio ſingulis diebus per horam, unde fiet, ut anno abſoluto tota quoque Biblia legendo, interpretando, Grammaticè examinando abſolvere, ac majori ex parte ſponte & per ſe intelligere & interpretari poſſit.

Quinto & ſexto menſe, addatur linguæ Chaldaicæ ex Daniele & Eſra repetitio ſimilis, primùm in verbis, deinde in nominibus cognoſcendis, quæ omnia tantò erunt faciliora quantò quis plus in Hæbraicis profecerit.

Hic docendi & diſcendi modus Grammaticam,

in

Alphabetum Samaritanum.

HAbent Samaritani literas tantùm 22, Ut Hebræi; quarum ordo, poteſtas, & nomina, cum Hebræis eadem ſunt, figurâ tantùm diſcrepant; nullas verò literarum initialium, finalium, vel mediarum diſcrepantes formas habent: ut ex Tabella ſequenti liquet

1	Aleph	𐤀	א	80	Pe	𐤐	פ
2	Beth	𐤁	ב	90	Tſade	𐤑	צ
3	Gimel	𐤂	ג	100	Koph	𐤒	ק
4	Daleth	𐤃	ד	200	Reſh	𐤓	ר
5	He	𐤄	ה	300	Shin	𐤔	ש
6	Vau	𐤅	ו	400	Tau	𐤕	ת
7	Zain	𐤆	ז	Reliquos numeros ſupplent ut apud Hebræos.			
8	Hheth	𐤇	ח				
9	Teth	𐤈	ט				
10	Jod	𐤉	י				
20	Caph	𐤊	כ	500	𐤐𐤀		
30	Lamed	𐤋	ל	600	𐤑𐤀		
40	Mem	𐤌	מ	700	𐤒𐤀		
50	Nun	𐤍	נ	800	𐤓𐤀		
60	Samech	𐤎	ס	900	𐤔𐤀		
70	Aain	𐤏	ע	1000	𐤕		

PUncta vocalia habent nulla, ſed literæ 𐤉 𐤅 𐤀 quæ matres lectionis apud Hebræos vocantur, eorum locum ſupplent, uti apud Syros, Arabes, Chaldæos, ante punctorum inventionem.

Alia ex 2 Reg. 1. verſ. 6. ubi omnes fere accentus congregantur,

nobis obviam aſcendit Quidam eum ad dixerunt Et
וַיֹּאמְרוּ אֵלָיו אִישׁ עָלָה לִקְרָאתֵנוּ
likrathénu alà iſch elàu wajomerù

regem ad revertimini Ite nobis dixit &
וַיֹּאמֶר אֵלֵינוּ לְכוּ שׁוּבוּ אֶל־הַמֶּלֶךְ
hammélech--el ſchùbu lechù elénu wajómer

eum ad loquemini & vos miſit qui
אֲשֶׁר־שְׁלָחַ אֶתְכֶם וְדִבַּרְתֶּם אֵלָיו
elàu wedibbartèm ethchèm ſchalàch--aſcher

Iſrael in Deus non quòd Anne Dominus ait ſic
כֹּה אָמַר יְהוָה הֲמִבְּלִי אֵין־אֱלֹהִים בְּיִשְׂרָאֵל
bejiſraèl elohìm--en Hamibbeli Adonài amàr co

Ekron Deum zebub Baal conſultum mittis tu
אַתָּה שֹׁלֵחַ לִדְרֹשׁ בִּבַעַל זְבוּב אֱלֹהֵי עֶקְרוֹן
Ekròn elohè zebùb bebáal; lidròſch ſcholéach attà

deſcendes non illuc aſcendiſti quem lecto idcirco
לָכֵן הַמִּטָּה אֲשֶׁר־עָלִיתָה שָּׁם לֹא־תֵרֵד
tkerèd------lo ſcham alitha aſchèr hamittà lachèn

morieris moriendo ſed eo ex
מִמֶּנָּה כִּי־מוֹת תָּמוּת׃
tamùth moth chi mimmenna

ALPHA-

clarius à doctis demonstratum est. Inter alios vide Capelli Arcanum punctationis revelatum. Samaritani verò hodiè dictiones separant puncto unico, non solo spatio : periodos verò et membra puncto duplicato, vel asterisco : Sectiones verò duobus lineis, vel tribus punctis cum lineis, ut ex hisce figuris patet, :=: vel -<: Distinguunt etiam singulos libros Mosis in sectiones quas קטעים Katsin vocant, paraschis & sidris Judaicis longè breviores, quales in universa lege numerant 966. Judęi verò habent tantum 53 Paraschas, & sidras seu sectiones minores tantùm 145.

Sæpe etiam habent virgulam supra literam, quâ notatur dictionem in usitatiore significatione non accipi, sed passivè legendam, vel homonymiâ laborare, vel præter consuetam formam scribi.

Cùm verò punctis vocalibus & accentibus carent, patet ipsos ex traditione & usu à majoribus derivatis vocum lectionem & pronunciationem hactenus conservâsse, ope trium literarum prædictarum, sicut & Judæi ipsi ad Masoretharum tempora quinque fere post Christum centuriis, fecerunt.

Porrò Grammaticam Samaritanam, vel Lexicon aliquod verborum quæ huic dialecto propria sunt, nemo quod sciam hactenus edidit: Promisit quidem aliquid Joh. Morinus

Constans enim & antiquissima est Rabbinorum sententia legem à Mose scriptam esse sine punctis, sine accentibus, sine Paraschis, sine versuum, imò sine verborum distinctione; prout hodie in Synagogis Judæi legem sine punctis, accentibus, et versuum distinctione, legunt, ut hoc modo antiquum morem conservarent, quem Masoretharum critica mutare non potuit. Habeo exemplar ejusmodi, constans ex membranis in rotulo convolutis, scriptum ad morem in synagogis visitatum, ubi nulla puncta, nulli accentus, nec versuum distinctio conspiciuntur: imo in aliis linguis antiquitùs ita scribere consueverunt, ut ex antiquis: M SS. constat. Tale est *MS.* Vaticanum Græcum 70 interpretum, quod primò Romæ, postea Parisiis editum est. Tale etiam est antiquissimum nostrum, *MS.* Græcum supra 1000 abhinc annis scriptum, quod Theclæ ascribitur, sine accentibus, sine dictionum vel versuum distinctione, literis uncialibus seu majoribus conscriptũ: cujus collationem cum edit. Romanâ in Bibliis nostris exhibemus. Tale *MS.* quatuor Evangeliorum Coptum seu Ægyptiacum, in Bibliotheca oratoriana Parisiis memorat Morinus exercit. Bibl. lib 1. exerc. 6. cap. 2. p. 197. Dictiones verò à se invicem separâsse Esram veri simile est: at farraginem punctorum & accentuum Talmude posteriorem esse luce cla-

I.

Siclus Argenteus, in Musæo Nicolai Crassi J. C. Veneti.

in præfatione ad Biblia Parisiana, sed promissis hactenus non stetit. In usum Bibliorum nostrorum fortasse aliquid operâ viri doctissimi qui Samaritana nostra exemplaria diligenter contulit, & multa utilia congessit, posthac edi curabimus.

Antiquas literas Hebraicas easdem fuisse cum Samaritanis ex siclis seu numismatis constat, quæ ex ruderibus Hierosolymitanis effossa, charactere Samaritano pleraque percussa sunt, ex quibus literam Tau crucis figuram olim repræsentâsse, literasque hodiernas Samaritanas ab antiquis parum differre colligitur. A Samaritanis verò non cusa clarum est ex inscriptione quam habent, scil. *Hierosolymæ sanctæ*, quam Samaritani abominantur. Siclorum autem figuras quas ex Aria Montano, Wasero, Villalpando, aliisque collegit Morinus, hîc visum est exprimere.

V.

Argent. apud Franciſ. Cardin. Barbarinum.

VI.

Ex ære, apud Franciſ. Gualdum.

VII.

Ex ære, apud Ludovicum Aubery.

II.

III.



Argent. uterque apud Claud. Menetium.

IV.



Argent. apud Franciſcum Card: Bon-Compagnon.

las lineolam quæ rectam lineam per medium tangit, quod reliquum eſt Tau repræſentabit: nam iſtius lineæ adjectio Aleph à Tau diſtinguit, & hoc modo exactam crucis figuram repræſentabit Tau. Azarias verò Judæus in Alphabeto ſuo duplicem oſtendit figuram literæ Tau, unam noſtræ ſimilem, alteram verò inſtar Latinæ X decuſſatam, quam vocamus S. Andreæ crucem. In ſiclo primo, ſecundo, & tertio, eadem eſt Aleph figura ſupra urnam, à qua ſi tollas inferiorem lineam, quod reliquum eſt, crucem refert. In Alphabeto Samaritano quod ex Bibliotheca Vaticana produxit Schickardus in libro, cui titulus Bechinath Happeruſchin, p. 8. ultima litera figuram crucis habet. Obſervat etiam idem characterem unctionis ſacerdotalis fuiſſe cruciculam quam faciebant inter ſupercilia Pontificis, ut ex Maymon. & R. D. Kimchi probat in tract. de Jure Regio Hebræorum, hanc verò dicunt Rabbini, cum crucem non invenerunt in Alphabeto Hebraico, eſſe inſtar Græci χ quod idem planè cum Tau Samaritano, unde ſacerdotem ſummum in hoc typum fuiſſe Chriſti arguit idem Schick. ſed ad ſingulorum ſiclorum explicationem veniamus.

Primus omnium perfectiſſimè literas ſuas repræſentat, cujus inſcriptio literis Hebraicis expreſſa ex una parte eſt ירושלימה קדושה *Jeruſalem ſancta*, ex altera verò שקל ישראל

ſiclus

VIII.

Argent. apud Laurent. Pignorium, ponderis 4. drachm. Argent.

In ſiclis hiſce omnium literarum figuræ non habentur, ſed tantum 13. ſcil. 𐤀 𐤁 𐤃 𐤉 𐤊 𐤌 𐤏 𐤐 𐤑 𐤔 𐤕 𐤍 𐤓 ex quarum tamen cum hodiernis Samaritanis convenientia de reliquis judicare licet.

Ex his 𐤊 et 𐤑 magis à noſtris differre videntur, 𐤀 minus, reliquæ parum vel nihil. Conjiciunt alii præter has quatuor alias ex hiſce ſiclis, ſcil. 𐤅 𐤊 𐤏 𐤁 In ſexta enim figura 𐤅 ex una parte, & ex altera Tau inſtar crucis repræſentatur; at 𐤁 & 𐤏 obſcuriores.

Literam verò Tau crucis figuram repræſentâſſe, prout affirmant Origines et Hieronym. in Ezech. etiam ex hodierno Tau Samaritano ſic colligit Morinus. Ut enim ex Aleph noſtro Samaritano. ſi unam lineolam ex latere dextro tollas fit figura Tau, ſic in ſiclis 2. & 5. ſi tollas

interpretatur, *ad ſcripturam Jeruſalem*, ab altera verò שמן עת *unctionis tempus*. Putat Morinus Amuletum Samaritanum fuiſſe non ſiclum.

Quintus eſt hemiſiclus, ex una parte habet eandem cum cæteris inſcriptionem, literis quibuſdam eraſis, ירושלם קדשה *Jeruſalem ſancta*, ſcriptione cum ſecunda conveniente. Ex altera verò חצי השקל *dimidium ſicli*, literæ Tzade & Jod deletæ ſunt, & Coph mediâ ſuâ parte, urnæ verò imponitur Aleph.

Sextus oſtendit Samaritanam aliquam literam figuram crucis habuiſſe.

Septimus & octavus recentiores ſunt, poſt reditum è captivitate Babylonica, literis Aſſyriis inſcripti; eandem verò habent inſcriptionem cum tertio & quinto. Sed de ſiclis hæc ſatis ſint; quæ, ſi alia non eſſent argumenta, quemvis non pertinacem de vera literarum antiquarum Hebraicarum figura certum reddere poſsint.

ſiclus Iſraelis, ex illa parte eſt virga Aaronis ex hac urna Mannæ cui imminent literæ Schin & Daleth, quæ ut conjicit Morinus, ſignificant *ſiclum Davidis*, quia in urbe Davidis percuſſa, ſcil. Hieroſolymis: quod & ex alia conjectura probant quidam, quia ſcil. ſcribitur *Jeruſalem* cum Jod poſt Lamed, & He ad finem, ita ut legatur inſcriptio *Jeruſalimah*, quæ pronuntiatio erat peculiaris dialecto Hieroſolymitanæ. In ſiclis verò quæ habent eandem inſcriptionem ſine Jod & He, literæ iſtæ Schin & Daleth ſupra urnam non videntur, ſed Aleph, vel quod fortaſſe urbis nomen ab Aleph incipiebat ubi cuſi erant, vel ad ſignificandum אחרת ſeu urbem generaliter, quæ ſcil. *diverſa* erat ab Hieroſolyma: hoc enim frequens eſt numiſmatis, loci nomen ubi cuduntur, exprimere.

Secundus eandem habet cum primo inſcriptionem, ſed in ſcriptione differt; ſic enim ſcribitur ירושלם קדשה *Jeruſalem ſancta*, ſine Jod poſt Lamed, vel He in fine. & ſuper urnam ponitur Aleph ob rationem fortaſſe ſupradictam.

Tertius per omnia ſimilis eſt primo, tantummodo virgam & urnam ſculptor omiſit, quia in primo ſatis exprimuntur.

Quartum putat Vilalpandus fuiſſe ſicli quadrantem, & legendum ex una parte לחרות ירושלם, appoſitâ literâ Mem ad finem, quod inter-

Introductio brevis ad lectionem Linguæ Syriacæ.

SECT. I.

Alphabetum Syriacum;

Nomen.	Figura.			potestas.
	In fine	*In medio*	*In initio*	
1 Olaph	ܐ	ܐ	ܐ	Aspir. tenuiss.
2 Beth	ܒ	ܒ	ܒ	B
3 Gomal	ܓ	ܓ	ܓ	G.gh
4 Dolath	ܕ	ܕ	ܕ	D.dh
5 He	ܗ	ܗ	ܗ	H
6 Wau	ܘ	ܘ	ܘ	W
7 Zain	ܙ	ܙ	ܙ	Z
8 Cheth	ܚ	ܚ	ܚ	Ch.Hh
9 Teth	ܛ	ܛ	ܛ	T
10 Jud	ܝ	ܝ	ܝ	J conf.
20 Coph	ܟ	ܟ	ܟ	C

Exercitatio Lectionis Samaritanæ,

Ex Deuteron. Cap. 1. ver. 1.

Moseh est locutus quæ verba Ista-
ࠌࠄࠄ ࠃࠁࠓ ࠀࠔࠓ ࠄࠃࠁࠓࠉࠌ ࠀࠋࠄ
Mose dibber ascher haddevarim Elle
Jarden transitu in Israel omnem ad
ࠄࠉࠓࠃࠍ ࠁࠏࠁࠓ ࠉࠔࠓࠀࠋ ࠁࠋ ࠌࠋ ࠀࠋ
hajarden beaver Israel col el
inter ,Suph contra planitie in deserto in
ࠁࠉࠍ ࠆࠉࠋ ࠌࠉࠋ ࠁࠏࠓࠁ ࠁࠌࠃࠁ ࠁࠌࠃࠁ
ben ,Suph mol baarava bemidhbar
Laban & Tophel inter & Paran
ࠋࠁࠋ ࠀࠁࠋ ࠀࠁࠋ ࠋࠁࠀ ࠋࠁࠀ
velaban Tophel uben Paran
Di-zahab & Chatseroth &
ࠆࠄ ࠉ ࠄࠉ ࠀ ࠋ ࠉ ࠋ ࠄ ࠀ
zahab vedi vachatseroth

Intro-

Syrorum literæ, ut numero, ſic poteſtate cum Hebræis conveniunt: nominibus quædam, ac figurâ plæræque variant.

Figuram habent duplicem, expeditiorem & uſitatiorem, quæ in Tabula: Alteram magis difficilem & inuſitatam, quam & *Eſtrangelam* quidam vocant; quæ in titulis & inſcriptionibus librorum & capitum à quibuſdã uſurpantur: qui tamen priorem probè callet, facile alteram etiam cognoſcet, à qua prior derivatur.

Connectuntur literæ maximè in baſi:

1. Præcedenti & ſequenti, hæ

ב ג ח ט י כ ל מ נ ס ע פ ק ש



2. Præcedenti tantùm,

א ד ה ו ז צ ר ת



In fine dictionis hæ literæ formam nonnihil mutant.

ד ל ל ם ן ע

ו & נ cum conjunguntur, hoc modo pinguntur al. la. ש Sin Hebræorum Syri non agnoſcunt, ſed ejus loco adhibent ܫ, ut  pro שמאל *ſiniſtra.* Dantur & aliæ quædam literarum ligaturæ ſeu nexus quæ uſu facilè diſcuntur, ut eth , el,

Alphabetum Syriacum;

Nomen.	Figura.				Potestas.	
		In fine		*In medio*	*In initio*	
30 Lomad	ܠܡܕ	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	L
40 Mim	ܡܝܡ	ܡ	ܡ	ܡ	ܡ	M
50 Nun	ܢܘܢ	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ	N
60 Sem-chath	ܣܡܟܬ	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	S
70 Ae	ܥܐ	ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	Aa
80 Pe	ܦܐ	ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	P
90 Tſode	ܨܕܐ	ܨ	ܨ	ܨ	ܨ	Tſ
100 Koph	ܩܘܦ	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	K
200 Riſch	ܪܝܫ	ܪ	ܪ	ܪ	ܪ	R
300. Schin	ܫܝܢ	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	Sh
400 Tau.	ܬܘ	ܬ	ܬ	ܬ	ܬ	T

Syrorum

ܐ quieſcit in [ܐ] in medio & fine, ut ܠܐܠܗܐ Laloho *deo*, ܒܝܐ baja *conſolatus eſt*. Quieſcit etiam in [ܗ] in medio & fine, ut ܡܐܟܘܠܬܐ mecultho *cibus*, ܡܠܟܐ *reges*. In [ܝ] in medio tantùm, ut ܡܐܡܪܐ *verbum*. In [ܘ] in medio & fine, ut ܪܐܙܐ *arcanum*, ܐܠܗܐ *Deus*. Wau quieſcit in vocali [ܘ] idque tantùm in medio & fine, ut ܡܠܟܘܬܐ malcutho et ܡܠܟܘ malcu *regnum*. In vocali ܘ tantùm in nominibus peregrinis, cum (ω) vel (ο) aut interdum (υ) Græcum exprimenda ſunt, ut ܦܘܠܘܣ παῦλος.

Jod quieſcit in [ܝ] & [ܗ,] ut ܠܝ *mihi*, ܬܪܝܢ *duo*.

SECT.

ܠܐ la, ܡܠ ml ܡܬ mth. ܡܛ mt. ܡܥ me ܡܠܠ mll ܠܬ lth, ܠܥ le, &c. Tres literæ *sc.* ܐ ܝ ܘ aliter interdum pronuntiantur, quam scribuntur; *sc.* ܐ cum alio ܐ sonat ut Jud, ut ܐܐܪ ojar, *aër*, quod fit etiam in participio Benoni quiescentium mediâ Vau ut ܩܐܡ *Kojem stat*. Litera ܝ in initio dictionis cum vocali[ܐ]non pronuntiatur, sed quiescit; ut ܝܠܦ ileph *didicit*: & sic ܝ cùm vocalem suam in olaph præcedentem transfert, ut in ܝܕܐ pro quo scribunt ܐܝܕܐ ido *manus*. Litera ܘ sequente ܗ pronuntiatur ut olaph, & solummodo sustinet suam vocalem ut ܚܕܗ ehad.

SECT. II.

Literarum divisiones.

DIviduntur ut apud Hebræos, in Gutturales, Linguales, Palatinos, Dentales & Labiales, & eædem sunt apud utrosque. Quiescentes apud Syros sunt tres tantùm, ܗ . ܐܘܝ non quiescit, ideo nec mappic unquam habet.

ܐ quiescit

non mutant, utraque ſæpe miſcentur in eadem dictione ita ut una ſyllaba hanc, alia illam habeat : nec ſemper vocales adduntur, ſed una dictio ſæpe habet, altera caret, & in eadem dictione una ſyllaba notatur, altera non, quem defectum ex analogia Grammatica ſupplere oportet. Otſotſo ſine ܘ non ſcribitur ; excipe ܟܠ *omnis*, & ܡܛܠ *propter*, & ſubſcriptum punctum habens refert Hebr. Schurec; impoſitum verò Kibbuts.

Kamets Hebr. longum per Sekopho exprimitur, & interdum etiam Cholem, quod alio quin in dipthongum *au* mutatur, unde pro לא dicunt ܠܐ & ܠܘ lau, *non*. Dipthongi fiunt per literas *Wau* & *Jud*, valorem conſonantium amittentes, & cum præcedente vocale in unam ſyllabam coaleſcentes. Wau efficit 4. dipthongos, *(au)* Initio, medio & fine præcedente Pthocho, ut ܐܘܠܕ auled, genuit. *(eu)* præcedente ܗ & interveniente Jud, ut, ܐܫܬܝܘܗܝ *bibam illud*. Mat. 26. 29. *(iu)* in medio, præcedente Chirek longo, ante wau, ut ܢܘܒܕܝܘܗܝ nauvediu *perdet eum*, *(ou)* poſt alterum Wau cum vocali [ܐ] ut ܫܘܘܕܝܐ Schioudoio *promiſſio*, quidam

SECT. III.

De Vocalibus & Dipthongis.

VOcales ſunt quinque, quas exprimunt tum per figuras tumper puncta.

Nomen,		*Figura,*		*Poteſtas.*
ܦܬܚܐ	Pethoco.	a	ܒ ܒ	Pathac Hebr.
ܙܒܪܐ	Revotſo.	e	ܒ ܒ ܒ	Tſere & ſegol.
ܚܒܪܐ	Chevotſo.	i	ܒ ܒ	Chirek utrumque
ܙܩܦܐ	Zequofo.	o	ܒ ܒ	ܐ vel Cametz Chatuph.
ܥܪܪܐ	Otſotſo.	u	ܒܘ ܒܘ vel ܒܘ	ܐ vel Kibbuts.

Olim punctum unicum omnes vocales repræſentabat, quod ſupra literam ſignificabat a, o, vel u; ſub literâ, e vel i : at poſtea vocales à Græcis mutuatæ.

Figuræ vocalium pro libitu nunc infra, nunc ſupra literam collocantur : Puncta vero ſitum non

1. Si efferantur ipſæ per ſcheva quieſcens, ut ܟܘܟܡܬܐ chuchmtho *ſapientia*; ſi vero eas in fine ſchevatas præcedat aliud ſcheva quieſcens, aſperæ fiunt, ut ܐܬܟܪܟ ethkark, non ethkarch *circunda*; ܒܙܬ bazt, non bazth, *rapuiſti*.

2. Si ſequantur Scheva mobile, ut ܒܘܪܟܬܐ burktho, non burkto.

3. Poſt quaſvis vocales, ut in ܐܟܝܠ achilo *comeſus*, ܐܝܕ *manus*, niſi ratio conjugationis vel defectûs alicujus compenſatio, vel peculiaris aliqua emphaſis, vel euphonia, Daghes forte poſtulet; quo in caſu Syri ejus analogiâ imitantur, non aliter quàm ſi geminarent, duriùs *ſcilicet* pronuntiando.

4. Quæ apud Hebræos dagheſſantur, apud Syros etiam (etſi non ſint literæ Begad-kephat nec habeant Kuſchoi expreſſum) in pronuntiatione tamen leges ̇ Daghes imitantur, *id eſt*, literam ſequentem, ſi ſit Begadkephat, faciunt moveri, ut ܡܠܦܢܐ malphono *doctor*, non malpono.

Mappik Syri non habent in He finali, ut Hebræi: et ubi Hebræi per mappik deſignant affixum

dam tamen non legunt ſecundum ܘ.

Jod facit duos dipthongos, *oi* & *ai*: *oi* cum [ܘ] ante ܝ, cùm in medio tum in fine, ut ܩܕܡܝܬܐ *prima*, ܥܪܛܠܝ *nudus*: *ai* per [ܝ] ut ܡܠܟܝ malkai *reges mei*, idque in principio medio & fine.

SECT. IV.

de Daghes & Mappic.

SYri Daghes forte non habent, ſed in literis Begadkephat, punctum ſupra literam valet Daghes lene, & vocatur ܩܘܫܝ kuſchoi *durities*: ſub litera valet Hebræorum Raphe, & vocatur ܪܘܟܟ Ruchoch *mollities*.

Ubi verò Ruchoch, ubi Kuſchoi locum habent, de quo intricata admodum ſunt Grammaticorum Syrorum præcepta, ex Hebraico Daghes & ejus regulis facile eſt judicare. Itaque literæ Begadkephat habent Kuſchoi, ſeu Daghes lene.

1. In initio dictionis, ut ܬܠܡܝܕܐ talmidho, *diſcipulus*.

2. In medio poſt ſcheva quieſcens, ut ܡܠܟܗ malke *rex ejus*. Molles vero ſunt, vel Ruchoch habent in media dictione vel in fine.

1. Si

SECT. VI.

De aliis punctis quæ Syris peculiaria.

USurpant Syri præter Ruchoch & Kuſchoi, alia puncta diacritica, quæ vel ſolitaria vel ſocia.

1. Solitarium, ſeu punctum unicum.

1. Infra literam, notat primò omnes perſonas præteriti, exceptâ primâ ſingulari : tertia vero ſingularis habet punctum ſuprà ad latus ſiniſtrum ultimi Tau, ut ܦܩܕܬ *viſitavit illa.* 2, Infinitivum & imperativum ſæpe ; aliquando tamen omittitur : cùm apponitur tamen infra ſcribitur, ut ܗܒ *da:* Joh. 4. 15. 3, Omnes perſonas futuri, exceptis primis utriuſque numeri.

2. Supra literam, in verbis notat 1, primam præteriti; ut ܦܩܕ *viſitavi.* 2, Benoni, ſeu participium præſens, ut, ܦܩܕ : at in Benoni Aphel quieſcentium mediâ wau, punctũ hoc non ſupra ſed infra Jud ponitur, ut ܡܩܝܡ *conſtituit.* 3, Primam perſonam ſing. & plur. futuri, ut, ܐܒܢ ædificabo. ܢܒܢ *ædificabimus,* quod ſic diſtinguitur à ܢܒܢ *ædificabit.*

xum ſingularis numeri tertiæ perſonæ fœm. præcedente Camets, ut in רַגְלָהּ *pes ejus* fœm. ibi Syri illud punctum quod notat fœm. genus, ponunt ſupra ܪ, præcedente [ܐ] in ſingulari, ut ܪ ̈ ̣ ; *pes ejus* fœm.

SECT. V.

De ſcheva.

SYri ſcheva non exprimunt, ſed intelligunt, cùm *ſcilicet* ſyllaba pluribus literis conſtat: quæ enim litera vocali caret, intelligitur habere ſcheva quieſcens vel mobile, ut ܒ ̣ ̈ ; ܟ ̈ ̣ bur-ktho, *benedictio*: ubi ; intelligitur habere ſcheva quieſcens, quo trahitur litera ad præcedentia; ̈ verò ſcheva mobile, quo trahitur ad ſequentia.

Eadem verò eſt Scheva quieſcentis & mobilis ratio, quæ apud Hebræos, niſi quòd ſæpiùs poſt vocalem longam Scheva ſit quieſcens apud Syros quam apud Hebræos, quod uſu diſcendum: hoc tamen obſervatur, quòd poſt [ܐ] vocalem, ortam ex quieſcentibus media vau, & quietis iſtius indicem, Scheva ſit mobile, ut ̣ ̈ ; ̣ ̈ ; ̣ ̈ ;

1. Supra, idque, 1, literis numeralibus, ut ܝܒ 12: 2, vocibus contractis, ut ܩܕ pro ܩܕܝܫܐ ſanctus: 3, particulæ vocativæ ܐܘ, ô, ut notet literam ܘ non pronunciandam, & ut diſtinguatur à particula ܐܘ: aut 4, ad indicandum quòd litera ſubjecta quieſcit, & per ſcheva efferenda ſit ſequente alterâ quieſcente, ut ܡܠܟܬܐ, à quo uſu appellatur ܡܪܗܛܢܐ *Marhtono* quaſi *currere faciens*, quòd litera ſubjecta curſim proferatur.

2. Infra literam, notat 1, otium quarundam literarum, quæ non leguntur, ut ܐܚܪܝܐ chrojo *poſtremus*: 2, In Imperativis formæ paſſivæ, abſentiam vocalis, ut ܐܬܟܠ eſtakl *intellige*, ܐܬܒܛܢ ethbattn *concipitor*: 3, In carmine pro metri neceſſitate, priori quieſcentium ſubductâ, dicitur ܡܗܓܝܢܐ *meditari faciens*; & notat literam tardius legendam, vim habens vocalis [ܗ] vel (quòd in verbis frequentius) vocalis [ܝ]: apponitur itaq; τῷ ܡܪܗܛܢܐ marhtono, de quo ſuprá.

In proſa verò, niſi difficilis obſtet prolatio, apponitur ejus loco Marhtono, & curſim legitur. Vide *Amyram*.

3. Ad latus literæ apponitur vocib' ambiguis, ut, ܐܬܐ *signum*, & ܐܬܐ *veniens*: apponitur & tertiæ fæm. sing, ut supra.

Puncta socia, *scil.* duo supra vocem notant pluralem numerum: 1. in nominibus tam masculinis quàm fœmininis, ut ܟܬܒܐ Ktobe, *libri* ܛܒܬܐ tovotho, *bona*.

2. In verbis fœm. gen. ut ܦܩܕܝ pekadh, *visitaverunt* fœm. Ubi verò adest litera ܝ quæ ex se habet punctum unicum, alterum ipsi additur, ut, ܩܒܪܐ *sepulchra*: si verò tertium addatur, id vocalem, aut Kuschoi aut tempus designat: imò cùm duplex est punctum supra ܘ non semper pluralis numerus notatur, sed primum notat literam, alterum verò primam præteriti aut Benoni, aut primam futuri, ut in ܩܪܝܬ Kryt *vocavi*. Et sic dicendum de duplici puncto sub ܘ; unum Dolath denotat, alterum personas vel tempora, ut supra.

SECT. VII.

De Lineolis.

LIneolam habent Syri, quæ aliquando supra, aliquando infra dictionem ducitur.

1. Suprà

signant: aliquando ad periodum adhibent quatuor puncta, ut ⁘ vel ::; & ad interrogationem puncta duo siniſtrorſum inflexa, ut ⁖ vide *Georg. Amyram*, lib. 1. c. ult. Notæ tamen iſtæ non ubique exactè obſervantur, ut in libris tum impreſſis, tum MSS. videre licet.

SECT. IX.

De Grammaticis, & Lexicis Syriacis.

INter multos qui præcepta Grammatica Syriaca conſcripſerunt, ut *Maſius*, *Waſerus*, *Troſtius*, *Buxtorfius* junior: cujus Grammatica propter defectum characterum Syriacorum (Hebraicis enim utitur) minus aptus eſt ad uſum. Abſolutiſſimè præcepta tradidit *Georg. Amyra Maronita* è monte Libano, & ex ipſo & aliis *Lud. de Dieu* in comparatione trium linguarum ubi licèt Hebraica, & Chaldaica, Syriacis conjunxit, maximam tamen ἀκρίβειαν adhibuit in Syriacis: at cùm prolixè & copiosè agunt iſti authores, nec facile comparari poſſunt, conſultius eſt tyronibus epitomen aliquam Grammaticæ Syriacæ primò addiſcere. Et quia Chaldæa cum Syriaca magnam habet affinitatem, Andreæ Sennerti Wittenbergenſis Chaldaiſmus & Syriaſmus, qui utriuſque linguæ præcepta methodicè & breviter conjunxit, & Lexici Chald. Syriaci epitomen complectentem vocabula uſitatiora N. Teſtamenti Syriaci adjecit, incipientibus utilis eſſe poteſt.

Neceſſarium verò eſt, linguæ Hebraicæ præcepta callere, antequam ad Chaldaicæ vel

SECT. VIII.

De Accentibus.

APud Syros ſemper omittuntur accentuum no-
: quæ autem ſyllaba inter legendum tono affici
ebeat, ex hiſce regulis obſervare licet.

1 In diſſyllabis, ſi prima ſyllaba effe-
tur per Scheva quieſcens, vocalis Sche-
illud antecedens accentum habet, ut,
ܡܠܟܐ málcho *Rex*: ſi ſecunda, tunc illa affici-
r, ut ܗܠܟ haléch *ivit*: ſi utraque ſic ſe habe-
, utraque afficitur, ut ܠܡܕܬ lémdéth *didici*.
neutra habeat ſcheva quieſcens, prima afficitur,
ܟܬܒܐ kthóvo *liber*.

2 In triſyllabis, ſecunda plerunque afficitur,
in ܡܙܡܘܪܐ mazmúro *pſalmus*.

3 In quadriſyllabis, *&c.* penultima afficitur, ut
ܡܪܬܝܢܘܬܐ martyonútho *admonitio*.

SECT. IX.

De Diſtinctionibus.

DIſtinctionum notas habent Syri, puncto
no craſſiori, vel duobus, vel aſteriſco ad-
ibitis, quæ inciſa, colon, vel periodum de-
ſignant

Exemplum Lectionis Syriacæ

ex *Joh.* 3. 16.

mundum Deus dilexit enim Ita

ܗܳܟܰܢܳܐ ܓܶܝܪ ܐܰܚܶܒ ܐܰܠܳܗܳܐ ܠܥܰܠܡܳܐ.

leolmo Aloho achebh ger Hochano

dederit unicum ſuum filium ut

ܐܰܝܟܰܢܳܐ ܕܠܒܪܗ ܝܚܝܕܳܝܳܐ ܢܶܬܶܠ.

nethel ichidhojo dlabhreh aichano

,pereat non eum in credet quiſquis ut

ܕܟܠ ܡܰܢ ܕܡܗܰܝܡܶܢ ܒܗ ܠܳܐ ܢܶܐܒܕ.

nibhad lo beh damhaimen man dechul

.æternam vitam ſibi habeat ſed

ܐܳܠܳܐ ܢܶܗܘܶܘܢ ܠܗ ܚܰܝܶܐ ܕܠܥܰܠܡ:

.daloölam chaje leh newun elo

Syriacæ cognitionem ſe quis accingat, poſt jacta verò Hebraica fundamenta, brevi in Chaldæa & Syriaca magnos progreſſus faciet, adeò ut miretur ſe tam eſſe doctum antequam didicit, & *mira fertur regione viarum*.

Inter Lexica vero Syriaca quæ ad huc extant, ſunt, *Buxtorfii* junioris Lexic. Syriacum & Chaldaicum, *Troſtii* item & *Crineſii* Lexica Syriaca, *Ferrarii* quoque nomenclator Syriacus in 4. Romæ impreſſus, quorum hic multa habet vocabula (ut qui Maronitæ operâ uſus eſt) quæ in aliis deſiderantur. Poſt editum verò vetus Teſtamentum Syriacum Pariſienſe nemo eſt qui Lexicon Syriacum ex eo collegit, quod mihi adhuc videre contigit: adeò ut abſoluta Lexica inde extrahendi & conficiendi labor, docto alicui adhuc relinquitur.

Exemplum

Alphabetum Arabicum.

	Nomen.	Figura.	Poteſtas.
8	Dal	د ـد ـد د	D
9	Dſhal	ذ ـذ ـذ ذ	D *bleſum.*
10	Re	ر ـر ـر ر	R
11	Ze	ز ـز ـز ز	Z
12	Sin	س ـس ـس س	S
13	Schin	ش ـش ـش ش	Sh
14	Sad	ص ـص ـص ص	S
15	Dad	ض ـض ـض ض	D
16	Ta	ط ـط ـط ط	T
17	Da	ظ ـظ ـظ ظ	D

18 Aain

Introductio ad lectionem Linguæ Arabicæ.

SECT. I.

Alphabetum Arabicum.

Conſonas habent Arabes 28: quarum nomina, figuras, & poteſtatem exhibet ſequens Tabula.

	Nomen.	Figura.				Poteſtas.
1	Elif	ا	ا	ا	ا	Spirit. lenis.
2	Be	بـ	ـبـ	ـب	ب	B
3	Te	تـ	ـتـ	ـت	ت	T
4	Thſe	ثـ	ـثـ	ـث	ث	T *bleſum.*
5	Gjim	جـ	ـجـ	ـج	ج	G *Gallicũ.*
6	Hha	حـ	ـحـ	ـح	ح	Hh
7	Cha	خـ	ـخـ	ـخ	خ	Ch
8	Dal					

Alphabetum Arabicum.

Nomen.		Figura.				Poteſtas.
27	He	ﻫ	ﻬ	ﻬ	ﻫ	H
			ﻫ	ﻫ	ﻫ	
28	Ie	ﻳ	ﻳ	ﻳ	ﻳ	I *conſ.*
					ﻳ	
	Lam elif	لا	لا	لا		La

In Columnis, prima exhibet literas initiales, ſecunda medias, quæ plerunq; aliis connectuntur, tertia finales quæ non connectuntur cum præcedentibus, quarta finales connexas cum præcedentibus: ſex tamen ſunt literæ quæ ſequenti conjungi non poſſunt, ſcil. أَدَدَرَرُو ideóque initiales poſt eas uſurpantur etiam in medio dictionis.

